



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

David Rex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

DAVID REX.

CAPVT I.

Davidis ortus & educatio.



GEMINVM Deū in hoc orbe speculum proponit inspicendum. Naturam & Scripturā. Quidquid de Deo notitiæ habemus, id vel è rebus creatis, vel è codicibus divinis haurimus. Res creatæ omnem summam Dei potentiam, bonitatem, sapientiam, misericordiam, providentiam, amorem, iustitiam Rhetoricā silenti eloquuntur. Quisquis intuetur cælum, & immensam illius, tantæ altitudinem quàm amplitudinem cum animo suo volutat, aperte demum pronuntiat: Hujus palatii architectus sui similem non habet. Ad cognitionem istam è rebus creatis hauriendam Scriptura nos ducit, hauriendamque illinc notitiam confirmat & stabilis. Eò Pauline voces spectant: *Videmus nunc per speculum in enigmate.* Nondum ad infinitum illud divinitatis theatrum consideremus, in quo cernamus universa & singula; non deest tamen speculum duplex tam reum conditarum, quàm sacrarum paginarum; quæ utrimque nos docent ac instruunt. Et quamvis res creatæ nostram infirmitatem insigniter erudiant, id tamen pagina sacræ multò copiosius præstant. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Si Moyses & Prophetas non audirent, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, crederent.*

Eam ob causam orbis præceptor Christus ad divinos libros ruditer nostram ablegans: *Scrutamini, ait Scripturas.* Hic fundamentum est actionum Christianarum. Hic fons solatii cœlestis, & quosq; lucis, solidæ virtutis est. Hic vel vocula volumen æquat, hic nulle verborum inanitiæ aut redundantiæ. *Spiritus loquitur mysteria.*

Ajunt Platonem Moysi scriptum, Genesios librum voluisse, cumq; illam rationum exuberantiam scholasticam familiarem ac notam non reperisset, demum dixisse: Hic homo multa dicit, & pauca probat. Quid ais, mi Plato, digitum oppone ori, hic ratioculis non agitur: nec enim decet, ut olla figulum rationes poscat: Deum hominibus facti rationem reddere non moris est. Dei voluntas pro decem milibus rationum est.

Quando igitur in divinarum legum monumentis eruditionis solidissime medulla, lex vitæ certissima, inde nos scriptio nostræ seriem petemus. Et quando Anneus sapienter monet, in rem præsentem venias oportet. *Primum, quia homines amplius oculis quàm auribus credunt: deinde quia longum iter est per præcepta, breve & efficax per exempla.*

In prisce ævi exemplis vix illustrius reperiemus, quàm Hebronis & Hierosolymorum Imperatorem David Iesseum. Hic vir, hic est, qui Cæsaris, Regibus, Principibus, Dynastis, qui Dominis & servis, opulentis & egenis, summis, infimis, omni hominum ordini faciem præfert exactissimæ virtutis. Ne vos in eo reperiri non negamus: Haber & sol suas maculas. Nam vitis nemo sine nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur. Exterq; Davidis maculæ nitorem

A sanctimonie non leviter acuerunt. Si non peccantem David cerneremus, certe nec ita penitentem haberemus. Peccati dulcedinem acerbitas doloris longè superavit. Ut igitur non solum in violatâ, sed & post lapsum restauratâ sanctimoniam quod imitaretur cerneret, Regum optimus David in utroque proponitur illustrissimum exemplar. Cum Tarleni Paulo Rex iste dixerit: *Omnibus omnia factus sum.* Quem igitur, mi Lector, tibi vis producam? Pastorem pecoris, opilionem? Eum ex arte novit agere David. Militem? Eum tibi sesto pauperem quidem, sed cordatissimum David. Ducem? do penitissimum, & summe strenuum David. Regis Consiliarium? prudentiâ & facultatibus celeberrimum adduco David. Seruum fidelissimum? Nemo fidelior Davide. Hominem extremâ inopisâ confluctatum? De seipso David fatetur: *Sustulit eum de gregibus ovium, de postquam accepit eum.* Hominem omnigenis æramis confectum? Hic ipse filius Iesse fuit. Magistrum Ethicæ & Politicæ doctissimum? E cathedra docentem licet audire David. Aristem insignissimum? Ingenio ad artes & scientias David promptissimo fuit. Musicum excellentissimum? A malo genio in secessu sibus tranquillare potuit David. Regem prudentissimum? Regum rex David appellari potuit. Virum secundum cor Dei? Omnes Dei voluntates fecit David. Prophetam? Plenius sancto Spiritu David, & varicinis abundantissimus. Indorum optatum? Postremus Iesse filius fuit, è cuius prosapia natus Sacerdos, Christianum perfectissimum? Iesus Christi, typus fuerat Rex David. Compendio dicam: imaginem & effigiem virtutis accuratissimam hic propono regem Hebræum David. De hoc Principe omnis nostra hæc scriptio loquitur. Ad optimos mores formandos nil pulchrius; putem, nec utilius meliusve aliquid dictione prosequemur, quàm istud Hebrææ gentis sidus illustrissimum, Regem David. In hoc uno viro & sæculi insolentiam, & virtutum cum vitis pugnam ac victoriam, gubernationem Dei providentissimam spectabimus. Adde de fine ac ordine scriptiois.

Finis ad quem hæc tota serè scriptio collineat, est Davidis admirandus cum divinâ voluntate consensus in quibuscuq; vel turbatissimis rebus. Subinde David videri potuit perdidisse omnia, retinuit tamen semper fiduciam in Deum, & incredibilem cum voluntate primâ conformationem. Virum memorat robustissimum à vegetis decem juvenibus cinctum, humi dejectum, calcibus petiitum, unum omnes aut infidendo, aut adversis genibus premedo contus debat, ille nihilominus animi plenus vociferabatur: Non de me vobis; resurgam & domabo vos. *Viro forti, ait Seneca, id accidere non potest, ut vincatur: nunquam enim succumbet, nunquam renuntiabit, ad vicium usque diem vitæ stabit paratus, & in hac statione morietur: magna se accepisse præ se ferens, paria voluisse.* Ita David inter ruinas erectissimus, omni fortunâ ibat celsior. Hinc ille voces animosissimæ: *In te, Domine, speravi, non confundar in eternum.* Hinc illæ ad Deum preces: *Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis eius.* Hieronymus ex Hebræo sic vertit: *Memento, Domine, David, & omnis afflictionis ejus. Neque hoc David de seipso, sed Salomon de suo parente, vel piorum ceteris de suo rege pronuntiavit. Has tibi voces, mi Lector, cupio esse familiarissimas in adversis omnibus usur-*

De me vobis; resurgam & domabo vos. *Viro forti, ait Seneca, id accidere non potest, ut vincatur: nunquam enim succumbet, nunquam renuntiabit, ad vicium usque diem vitæ stabit paratus, & in hac statione morietur: magna se accepisse præ se ferens, paria voluisse.* Ita David inter ruinas erectissimus, omni fortunâ ibat celsior. Hinc ille voces animosissimæ: *In te, Domine, speravi, non confundar in eternum.* Hinc illæ ad Deum preces: *Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis eius.* Hieronymus ex Hebræo sic vertit: *Memento, Domine, David, & omnis afflictionis ejus. Neque hoc David de seipso, sed Salomon de suo parente, vel piorum ceteris de suo rege pronuntiavit. Has tibi voces, mi Lector, cupio esse familiarissimas in adversis omnibus usur-*

In violatâ & restauratâ sanctimoniam proponitur ut exemplar. 1. Cor. 13. 9. v. 22.

Psal. 77. v. 70.

Psal. 77. v. 70.

Finis scriptiois.

Seneca lib. 5. de Benef. c. 1. misit pag. 329.

Psal. 30. v. 1.

Psal. 131. v. 1.

Hieronymus v. 1.

pandas.

pandas: Memento, memento David, & omnis affli-
ctiois, patientiæ, mansuetudinis ejus, memento. Hæ
voces sapius nobis in geminandæ, ut ex tantò altit-
infingantur, quantò crebrius fuerint repetitæ. Atque
hic finis nostræ scriptiois est, quam pro re natâ variis
præceptionibus ac locutionibus porro instruemus.

Et Ordo.

Ordo autem is erit maximam partem, qui sacræ
ipsius historiæ ac temporis est. Nec verò facile que-
quam à nobis dicetur, quod divini voluminis aucto-
ritate firmari non possit e factis & Chronico Re-
gum. E quibus in antecessum hæc paucula præmitti-
mus. Rex David annis universè septuaginta, vixit,
septem & dimidio Hebronis, triginta tribus Hiero-
solytorum Rex fuit, filios novemdecim, unam fi-
liam Thamar educavit, sed disciplinâ non nimium
strictâ, quæ suo tempore patebit. Nunc à cunctis or-
tum Davidis arcessamus.

Ejus nati-
vitas.

Pater.

Genealo-
gia.

Natus est David ab orbe condito bis millefimo
nongentesimo quinquagesimo anno. Ante na-
talem Christi millefimo centesimo tertio, Pater Da-
vidis Isai seu Jesse Bethlehemitæ, cui septuagesimum
jam annorum uxor octavum hunc dedit filium.
Matthæus stuprem Davidis hunc in modum memo-
rat. Booz est Ruth filium tulit Obed, Obedi filius Jesse,
parens Davidis, cujus Booz & Ruth abavus & abavia,
homines non tenuium fortunarum fuerunt. Iosephus
Græcus scriptor profapiam hanc deducens: Hæc,
inquit, necesse habui de Ruth narrare, volens Dei
potentiam ostendere, cui facile est etiam vulgares
homines ad amplissimam dignitatem perducere,
sicut perduxit Davidem ex mediocribus, majoribus
oriundum. Altissimus Deus humilia respicit in celo & in
terra, suscitans à terrâ inopem, & de stercore erigens pau-
perem, ut collocet eum cum principibus, cum principibus po-
puli sui. Sunt non rarò Domini, qui sibi ducant hono-
ri egeniorem servulum ad meliorem fortunam eve-
here. Deus tamen bonus est Dominus, qui ad suum ho-
norem maxime spectare judicet servulos suos in lu-
cem educere. Ita cum vivis agit & mortuis. Quoties
vel suorum ossa viliori loco abjecta, honoratissimo
locari voluit? Ita beatorum Martyrum Gervasii &
Protasii ipsiana, quod Ambrosius narrat, sub ignobili
cespite depressa, honoratissimo conditorio iussit re-
poni. Atque hoc honoris liberalius impendit vivis,
Spretos ab aliis & desertos è foribus & luctu educit
in sublime, & ad honorem extollit. Hic Dei mos est,
infima & contemptibilia sibi eligere, & in celsam di-
gnitatis sedem efferre, opuliones in reges, bubiles in
Prophetas, piscatores in Apostolos, telonarios in E-
vangelistas adsciscere.

Psal. 113.
6. 7. & 8.

Deus ser-
vos suos
tam vivos
quàm
mortuos
ad celsam
dignitatis
sedem ef-
fert.

Enimverò non infrequenter contingit, cum herus
famulum abjectiorem in majus provehit, mirari mul-
tos & querere: Quid, quæso, huic domino tantopere
placere potuit in hoc servo, ut eum ad id honoris ex-
tolleret? Liceat hic idem interrogare: Quid Numen
in Davide adeò probavit, ut eum tot centenis milli-
bus prætulerit? Deus sibi met velut gratulatus: *Inveni,*
ait, David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet
omnes voluntates meas. In servitiis humanis si quis ser-
vorum quàm maxime cupiat se approbare Domino,
clam sciscitari solet, quos præcipue mores dominus
ille oderit, quos amet, quis viri genius, quibus potissi-
mum obsequiis demulceatur: De diversis variè re-
spondetur: Hic quidem à suis eximiam sobrietatem
exigit, potulentos & madidos non tolerat: ille non
nisi mulicos in familiam adsciscit: iste scit ac mun-
dulè vestitos diligit: Hic cum primis querit an sibi
serviurus, Deo fidelis videatur, si quem audiat con-
cionis fugientem, vix semel annuatim conscientiam
lustrare: Apage, inquit, hoc genus hominis; nolo ser-

Astor. c. 13.
v. 22.

A vos pietatis ofores. Cur Deo servituri non itidem
querant: Quid Deus singulariter in suis servulis pro-
bat? Quis ei præ ceteris placet? Is utique qui divina
voluntati suam studiosissimè adjungit, illud que in
omnibus vult, quod dominus. Hunc talem Deus di-
tissimè quaerit. Tandem non sine gratulatione: In-
veni, ait, inveni. Quænam obsecro? David filium Jes-
se, inter fratres natu minimum ac postremissimum.

§. III.

Christus in evangelis homines sollicitè aliquid Christus
quaerentes sub geminâ proponit imagine Pasto-
ris & mulieris. Pastoris qui è centenis ovibus vel uni-
cam amissam, nonaginta novem deferens summâ se-
dulitate querit: Mulieris, que unicam è decem drach-
mis perditam tam avidè oculis vestigat, ut cereum
accedat, domum everrat, omnes angulos excutiat: re-
perta convocat viciniam ad gaudium: ita Deus, veluti
diutissimè quaesisset: Inveni, ait, quem quaerebam. Hic
vir ad libitum nutritur meum factus, hic servus to-
tum se fingit ad meum arbitrium, suam voluntatem
in omnibus accommodabit meæ, faciet omnes volun-
tates meas, hoc servo nemo mihi magis est ex fenten-
tiâ. Quod expendens Chrysostronus: *David sanctissimus*
inquit, homo secundum cor Dei, quidquid Deus cogitat
gerit, quidquid mente conspiciat, perficit: David cordi Dei pro-
prium cor jungit, & menti ejus mentem suam annedit.

Sed enim ad hunc sanctimonie gradum non suavi-
tate aut facili conatu David ascendit. Deus illum reverè
non molliter habuit, alias super alias caritates in
illum immisit, rebus eum asperrimis exercuit & dura-
vit, nihilominus David variâ clade dejectus animum
non dejecit, quantò magis circum se lababant omnia,
tantò ille firmior in Deum fiducia erexit, tantò pa-
rator divine se voluntati accommodavit. Atque istud
è dissertatione hac primâ discamus: Si Numini ser-
vire cupimus, id assidue quaeramus: Quòdnam inter
obsequia Numinis est præstantissimum? Quo maxi-
mè servitio Rex celi delectatur? Eo utique, ut in re-
bus omnibus, præcipue adversis, nostram ipsius vol-
untati adjungamus, ad omnes illius nutus, Davidis æ-
mulatione, paratissimi. Qui verò sit, quòd servorum
alii alios officiorum solertiâ superare, auctiorem do-
mini gratiam emereri contendant, nos segnes in Dei
servitiis nihil ejuscemodi certaminis cogitemus? Vbi
spiritus generositas, quæ non tam aliis gratiam præri-
pere, quam sibi suam identidem augere desiderat?
Augeat autem plurimum humanæ voluntatis ad di-
vinam conformatione, quæ quantò est perfectior,
tantò illustrior est sanctimonia & auctior gratia.

CAPVT II.

David in regem ungitur.

TULLIVS Hostilius Romanorum Rex tertius in
mapali natus est. Nam, Valerio teste, incuna-
bula Tulli Hostilii agreste tugurium cepit. Nec con-
tinuò inde in solium erectus. Ejusdem enim adole-
scentia in pecore pascendo occupata fuit, validior
ætas Romanum Imperium rexit & duplicavit.
David è Bethlehem oppido vili oriundus, parentem
habuit Isai virum rusticum, sed agri divitem & co-
piolum, fratres gregarii milites stipendia fecerunt mi-
litariæ. Nihilominus, quia sic visum est Deo, ab origine
domusque humiliter in eam amplitudinem emerit Da-
vid, ut geminum Israël & Juda regnum obtinuerit,
verum non uno id anno impetratum. Lente reverè &
nimium morosis successibus imperiū Davidis crevit.
Et quamvis illum Deus, etiamnum juvenem in re-
gem ungi voluerit, ad regnum tamen & ad sceptrum obtinuit
solumque

Valer. 1.
c. 4.

David è

Bethlehem

oriundus

lente &
morosis

accessibus

imperium

obtinuit

solumque

solitumque non pervenit nisi per luctas & ærumnas maximas. Algere prius & æstuare, esurire didicit ac sitire. Diadema illi Deus & coronam regiam porrexit, sed cuspidatam & aculeatam; mucrones & murices erant pefcandi. Antè sudavit & alsit, quàm regium thronum conscenderet. Fuisse, qui dixisset: Tantis sudoribus laboriosum hoc fastigium non emissem, si tantam ærumnarum seriem securam præcisssem. At verò David ad omnem Dei nutum paratissimus, non recusavit hac lege regnum accipere, quâ Deo placuit dare. Nos adolescentiam Davidis in pascendis ovibus occupatam silentio prætereuntes ad magisteria progrediemur. Hac igitur dissertatione sub oculos ponemus, Davidem à vate Samuele in regem unctum, sed inter domesticos parietes & medicis egermonii, nullo convivorum & aut ludorum luxu præsentibus parente solùm & fratribus. Ut autem dicenda in compendium conferamus & consulamus memoriam in singularum dissertationum exordiis, summam capituli in pauculas voces redigemus. Exemplo fit istud proximum: David in regem ungitur.

§. I.

Saul Hebrææ Reipublicæ velut horizon, firmam iudicibus, initium dedit Regibus, primus & pefsimus rex, repudiata illius nequitia, prohibitus est Samuel longiore illum luctu nequique, eodemque iustitia divino missus est, ut unum de filiis Isai ungeret in regem: Quis autem ex eo numero, esset eligendus, Samueli ipsi nondum constabat. Et quæ propter omnes Isai filios ætatis ordine sibi voluit listi. Primus adfuit Eliab natu maximus quadraginta vir annorum, pulcher, procerus, imperio dignus. Adjecisset oculos ad illum Samuel, oraculo tamen prius consulto: Num, inquit, coram Domino est Christus ejus? Continud responsum est illi: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem stature ejus, quoniam abieci eum. Nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea, quæ parent. Dominus autem intuetur cor. Quærunt hinc Theologi, num illa Samuelis quæstio interna fuerit, an externa? Internam censent aliqui, alii externam, responso per Angelum dato, ut liquidò scirent Davidis fratres se repulsam passos. Sed rectius sentiunt, qui internam fuisse aiunt. Vocatus est ergo secundus natu frater Abinadab. Sed responsum est idem quod de priore: Neque hunc elegit Dominus. Adductus est ergo tertius, Samma: sed oraculi responsa non variarunt, eadem omnino sententia lata est: Etiam hunc non elegit Dominus. Ita quartus filiorum, ita quintus & sextus, ita & septimus, suo quisque ordine accessit est ad Samuelem. Sed quod de primo, id de reliquis pronuntiatum est: Non elegit Dominus ex istis quemquam. Mirabile spectaculum! Vnus ex his fratribus eligendus erat rex, & omnes qui regno videbantur apti, patiebantur repulsam. Ergo Samuel ad Isai verus: Nullusne, inquit, filiorum tuorum superest? Num omnes ad me adducti sunt? Ad quem Isai pater: superest, inquit, sed parvulus, & omnium natu minimus, qui pascit oves. Octo filios duâque filias educaverat Isai, sed non æquè omnes probabantur Deo. Ergo Samuel cunctabundum patrem impellens: Adhuc, inquit, tuorum filiorum ultimus huc accessatur: nec enim prius accumbemus mensæ, quàm ille sese hic stiterit. Bonus Isai parens ingenium octavi filii sanè non noverat, ideo illum contemptim pectori pascendo applicuerat. Hinc & Samueli dixit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves. Perinde si diceret: Hic quidem à regni negotiis securus est, natu minimus, arte pastorculus, pedo non sceptro aptus. Parvus erat David ad Eliab & fratres ceteros collatus, quibus grandævus parens liberaliùs favebat. Ætate

Tom II.

A non parvus erat, annum vigesimum agebat. Hic ipse ex agro à pascuis revocandus domum, ut sacro balsamo delibutus rex Hebræus pronuntiaetur. Nec verò prius epulis accumbere sustinuit Samuel, quàm istud perfecisset: eâ in divinos jussus reverentiâ ferebatur. Accessit est igitur quinquagesimum David, juvenis rufus & pulcher aspectu, decoratæ facie, oculisque vivacibus & rutilantibus, qui magnæ indolis erant indices, martium quiddam tuebatur. Vbi advenit juvenis hic pastoritius, mox oraculum Samueli dixit: Hic ipse est, quem elegi, hunc unge in regem. Nihil cunctatus Samuel, videntibus & audientibus patre ac fratribus hunc ipsum ceteris abjectiorem oleo perfudit, & designavit regem. Indubio nos, jussu Samuel prævio sermone cõdit, quo exposuit voluntatem Dei ac providentiam, cui se juvenis totum submissa. Hæc fratres apertissimis oculis spectarunt, sed tamen, quod verosimillimum, hoc divine voluntatis arcanum non exactè intellexerunt, alioquin eorum aut invidia aut benevolentia malè tacurnia id in vulgus sparsisset. Sed neque Samuel Saulis rabiem effugisset, nec Davidem fratres tam acerbè (ut in castris factum) objurgassent, si creatum regem liquidò scivissent. Satis videtur ceterum, hoc Dei consilium nemini, nisi Samueli ac Davidi, & fortassis Isai penitus perspectum fuisse, quibus utique Samuel exposuit, quantis ea familia periculis objiceretur, si Saul illud rescisceret. Admirandam igitur inaugurationem hanc totam Iosephus commemorans: Peracto sacro, inquit, Samuel Iesum ad epulas unâ cum filiis convocavit; visûque natu maximo eximia staturâ ac formâ juvene, conjiciebat inde hunc esse regnaturum. Sed hac parte non est assecutus Dei providentiâ. Percontanti enim an hunc juvenem ungere deberet, quem ipse admiratus dignum ducebat, responsum est: non eadem spectare Deum quæ homines. Tu, inquit, visâ juvenis pulchritudine, jam satis dignum principatu existimas: apud me verò non eximie corporis formæ premium est regnum, sed animi virtuti, & eum requiro, qui hac sit perfectè excultus, pietatèque ac justitiâ, obedientiâ & fortitudine animum exornatus. His auditis Propheta jubet Iesum filios omnes ostendere: moxque & alii quinque adfuerunt. Horum nomina juxta ætatis ordinem sunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Raël, Afanas. His quoque visis, qui nihilo deteriores formâ erant, Propheta rogat Deum, quisnam ex his eligendus esset, & audito quòd nullus, sciscitatur ex Iesum, num quos præterea liberos habeat. Quo respondente, esse etiam unum nomine Davidem, qui ceteram gerat gregum, Propheta jubet, ut confestim vocetur: non enim licitum esse absque illo sacrum epulum celebrari. Qui postquam accitus à patre venit, adolescens colore flavus, & martium quiddam tuens, alioqui liberali specie. Tum Propheta ad patrem versus submissâ voce: Hic est, inquit, quem regnare Deo visum est, & cum dicto accumbit, & proximum sibi adolescentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filiis. Depromit deinde sacrum oleum, quo delibutum Davidem in aurem admonet, Deum ita velle, ut regnum in populum obtineat: præcipitque ut justitiam colat, & operam det, ne unquam à mandatis Dei discedat. Hoc enim pacto & regnum ejus fore diuturnum, & familiam universam illustre nomen consecuturam. Palæstinos quoque ab illo subigendos, & cum quibuscunque gentibus congressus fuerit, semper victorem rediturum, insignemque inde gloriam tam sibi paraturum, quàm posteris relicturum. Post mandata Samuel domum proficiscitur, simulque Numen deserto Saule ad Davidem commigrat.

David spectantibus patre & fratribus à Samuele ungitur in regem.

Ioseph. l. 6. an. 17. Jud. c. 9. p. 186.

Nomina quinque fratrum Davidis.

§. II.

Vactionis David effectus. 1. Spiritus Dei illi datus.

Psal. 50. v. 14.

1. Reg. c. 16. v. 1.

Saul excidit apud Deum propter avaritiam & inobedientiam.

Ejus inobedientia specimen.

1. Reg. c. 13. v. 13. & seq.

Præcepta Dei implenda eo modo, tempore, & loco, quo jubet.

1. Reg. c. 15. v. 17.

2. Voluntatis Dei. 1. Reg. c. 16. v. 3.

D Orrò hanc uncturam suus sequebatur effectus. Et primò quidem, directus est spiritus Domini à die illa in David. Quis iste spiritus: Non gratie & charitatis, quem ante jam habuit, & ejus jam incrementum accepit. Spiritus hic novus omnigena seculum dona detulit, maxime vaticiniorum & fortitudinis. Eapropter rogans Dominum David: spiritu principali, ait, confirma me. Eo nimirum spiritu, qui principes regesque deceat: hic spiritus subductis vitis totum instaurat hominem, timiditatem in generositatem, parcitatem in liberalitatem, pusillanimitatem in magnanimitatem, plebeias virtutes in regias mutat: hic spiritus ad tolerandos labores, subeunda pericula, perferendas arumnas animat, & vel ruente orbe infractum præstat: hic spiritus mansit in Davide à die illa & princeps reliquo vitæ tempore.

Sed liceat hoc loci querere: Cur obsecro Saul omni ad eum quod Deum gratia excidit, ut Samueli diceretur: Vsq̄quo tu iuges Saul, cum ego projecerim eum? Unde quæso tam gravis contracta est offensâ? Ab avaritiâ Saulis, & maxime ab inobedientiâ. Agagum regem Amalecitarum captivum habuit, hunc jussu Dei interficiendum servavit. cum eum speraret grandi auro redimendum, aut certe thesauros in Amalecitate defossos ab eo indicandos; aut illum jam bello exarmatum in triumpho ducendum destinavit; deinde greges optimos Amalecitarum prædam sacrificiis adinvereri voluit, turpi partim avaritiâ, partim inobedientiâ. Sed & illud hominis inobedientis, & refractarii grande fuit specimen: præceperat ei Samuel, ne prius initium sacrificii faceret, quam ipse presens adveniret. Diebus septem expectavit, Samuel non comparuit, dilapsi milites, irruerunt hostes: ita non simplici necessitate, compulsus poterat videri Saul. Ergo principium sacrificiis dari iussit, Samuele nondum præfente. Modò unam alteramve horulam expectasset, obedientiæ numeros omnes expleisset. O lentam quidem, sed stultam precipitantiam! Mox Samuel advolans, & inobedientiam gravissimis verbis exprobrans: Stulte, inquit, egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam tunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra confurget. Quæsit Dominus sibi virum juxta cor suum, & præcepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, ed quod non servaveris, quæ præcepit Dominus. Obtuspecco tam exactam populari obedientiam; Deus non solum vult fieri, quæ jubet, sed etiam eo modo, eo tempore ac loco, quo jubet. Deus iussit, ergo parendum est, etsi mille rationes advocent. Deus præcepit, ergo nemini fas reluctari, si vel cælum ruat, vel terra dehiscat. Sed origo Saulis in malum præcipitati ea fuit, quam Samuel illi in os exprobrans: Nanne, inquit, cum parvulus esses in oculis tuis, caput in Israel factus es? Perinde si diceret Deus: Ætas tua mihi jam exolevit; fastidio te, tuosque mores turgidos. Hi tales certè homines cerebrosi, sui arbitrii, controversi, fastuosi sunt. Seipsium quivis, suamque conscientiam interoget. Num adhuc parvulus es in tuis oculis, & an ægrè laturus es, talis ab aliis haberi.

Secundò hic observandum: Voluntatem suam Deus in uno aliquo declarat, in alio celat. Samueli præcipiens: Vnges, inquit, quemcumque monstravero tibi. Perinde si in castris præcipitur annonæ præfecto, commeatum aliò vehere, religiosè tamen sileatur, quò vehedus sit: ita Samueli dictum est: Vnge novum regem, non tamen expressum, quis ille sit. Factum hoc, uti censet Theodoretus, Propheta in humilitatem submittendo, qui futurorum aliquid, non tamen

A simul omnia scivit. Potuisset quidem querere. Domine, quod novi regis nomen est? ne forsitan errem & unquam id suo tempore. Idem Abrahamo contigit. Iussit Deus in victimam sibi offerri filium, idque in monte certo, illius tamen nomen non exprimens: Super unum montem, inquit, quem monstravero tibi. Verè tu es Deus absconditus. Plurima sunt, quæ præmaturè cupimus scire, sed ea Deus certo consilio tegit, suo tempore revelanda. Caussarum Deus fat habuit, ut in rebus omnibus, quas Samuelis intelligentia non est assecuta. Hæc autem inter alias videtur fuisse, ut tam Isai pater, quam fratres hoc ungeni regis consilium non à Samuele, sed à Deo cederent oriri, præsertim ungenus cum divinus vates ex eorum numero ungenum aliquem sciret, nesciret quem Deus destinasset.

§. III.

Tertio hic observanda Dei judicia mira, ter mirra, mirissima. Samuel Eliabum à statura & vultu Deo probatum illico unxisit in regem. Sed prohibens Deus: Abjeci eum, inquit, ne respicias vultum ejus. Cur obsecro, mi Deus, abjecisti virum regno tam dignum? Superbus & iracundus fuit. Audiemus suo tempore, quam acerbe fratrem exceperit in castris. Sed fuerit integer vitæ scelerisque purus, illum Deus peræquè potuisset repudiare, ut sciat ut ab uno soloque Deo, ejusque nutibus pendere, conditione humiles sumus an sublimes. Tam nihil promeritorum potest jactare, qui Princeps, qui Rex, aut Cæsar nascitur, quam qui mendicus aut mancipium. Honores Deus & opes, ceteraque vitæ illustriora commoda dignis, indignisque promiscuè dilargitur. Patriarchæ Jacob optimas fertilesque terras, fertiores Efaïo dedit; regionem Sodomitis dedit pinguisimam, alii multò sanctiores iis acceperunt minus pinguem. Indiscriminatum hæc Deus per orbem spargit, sine ullius injuriâ. Ab omni prius æternitate decrevit Deus, quem velit extollere, quem verò deprimere: quosdam ad res prosperas, quosdam ad miserias pæne continuas destinavit. Nemo hic suis gratias agat meritis, Deus utilitatibus nostris carere potest. Quid ergo dicemus, inquit Paulus, nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Misierebor cuius miserebor, & misericordiam præstabo, cui miserebor. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Nemini est dicere: Ego Dominus, & non est alius præter me. Hoc cristas arrogantia nostræ dejicit, hoc superbi spiritus succidit alas, hoc animi demissionem, humilitatem veram facillimè persuaserit. Vix virtutis extimam habemus umbram, & animum extollamus?

Et ô quanta humani ac divini judicii differentiali Humanam ideo errat, quam creberrimè, quia rerum signa tantum aspicit, quæ nimium quantum plerumque fallunt; Deus autem rem læsam penitissimè per speculam habet: Homo videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Cum nos hominem exercitius compositum, comem, humanum, affabilem cernimus, ad virtutis normam factum credimus, sed fallimur creberrimè. Decipit humana facies, verba sunt paululum certiora signa latentis animi, utroque evidentior index pectoris est actio. Sed & hæc per læpè fallit. Quando igitur animum mentemque hominis inspicere nequaquam possumus, eam ob rem nec possumus judicare ullum hominem. Idcirco Christi monitum est: Nolite judicare, perinde si diceret: Nolite errare. Quisquis alterius animum non inspicit, eorum iudex esse nequit, quæ animo delitescunt. Deus intuetur cor. Mortalium nulli, nullis diabolis, sed nec ullis Angelis cordis secretum patet. Deus solus & unicus hæc inexploratum, & multò profundissimam speciem explorat & scrutatur.

Quartò

Quartò, Directus est spiritus Domini in David. Hic Dei mos est; instrumentis utitur plerumque minùs ad rem idoneis, ut ingenium pateat artificis. Quemadmodum scriba peritissimus sulfuratus sumit tædulas, & iis pingit pulcherrimè: ita Christus suis legibus subiecturus orbem, duodecim piscatores elegit, & orbis impietatem per eos expugnauit. Nimirum hoc agit Deus, ut liquidò sciatur, hæc opera potestatis esse diuinæ; & ut fastuosus homo, quo Deus utitur instrumento, nullum sibi arroget nomen magisterii. Nimis modicæ sunt vires nostræ, si suas Deus subtrahit. Ridiculè superbit aquæ bajulus de cibus à se bene coctis, cum cocum non aliâ re, quàm hauriendâ aquâ iuuerit. Deus est, qui coquit, nos viles homunculi aquam apportamus; atque hoc ipsum non nostris viribus. Quod Augustinus crudité confirmans: *Qui in nobis, inquit, victi sumus, in illo vicimus: ergo coronat, quia coronat dona sua, non merita tua.*

Potuisset tergiversari David, & excusando se dicere: Hanc ego sublimitatem nunquam somniaui; opilio sum, oves scio pascere, non homines; ad pedum, non ad diadema & sceptrum natus sum; me tegetes & rude sabanum magis ornant quàm purpura: bonum est mihi sublimia non tentare. Sed responderit Samuel: Tu sine modò, sine, & diuinæ voluntati se da: quod cœpit Deus, finiet. Tu tamen nunquam obliuiscaris ex humili & vili loco ad istud fastigii diuinis te viribus euectum. Certè oblitus non est, qualis fuerit, quantus factus sit. Hoc ipsum rebruius sacris carminibus inferens: *Quis sicut Dominus ioster, inquit, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terrâ? suscitans à terrâ inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Elegit David seruum suum, & suscitavit eum de gregibus ovium, de post factantes accepit eum. Qualescunque simus, quantacunque patremus, è colluue ac squalore producimur à Deo. Quod David altâ memoriæ mente reposuit. Et in hunc directus est Domini spiritus. Si quidem illi copiosorem subministrat gratiam Deus, cui amplio rem provinciam, cui difficiliorem committit præfecturam. Bonus ac liberalis Dominus, qui & officium credit, & unâ vires suggerit officio explendo. Non rarò contingit, ut ei deferatur munus, qui se planè iudicat eo indignum, & inhabilem. Huic plerumque rectè suadetur: Sequere vocantem Deum; sustine hoc munus mi homo, & fide Deo. Cùm Deus tibi dederit boves, dabit & præsepe boûm; cùm ingerit labores, sufficiet & vires; cùm imponit onera, addet & subsidia. Hic Domini spiritus non priùs Davidi datus est, quàm jus ad regnum.*

Quintò hic exponendum illud sacri carminis: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis* (omnis afflictionis) *ejus.* Videte obsecro initium hujus regni adversa plurima. Ipse Davidis parens Isai in hac electione filium suffragio non iuisset, imò verò etiam impedisset, si ei liberum fuisset. Contemptum de illo dixit: *Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves.* Perinde si diceret: Nequaquam est ejus auctoritatis, functionis, ætatis, ut cum dignitate sibi possit Prophetæ, in regem ungendus. Et juvenis, & ovium custos est. Idcirco David de seipso: *Adolescentulus sum ego, inquit, & contemptus, justificationes tuas non sum obligus.* Nimirum ante ruinam exaltatur spiritus, ante exaltationem deprimitur & incurvatur. Quandoquunque Deus patraturus est magna, premittere solet adversa. A rebus turbidis rectissimè fit gradus ad tranquillitas. Ita parentes cum liberis ludunt, Myrensem Præfulem Nicolaum repræsentatur crepundia donant & pupas, sed unâ jungunt & virgas. Ad magna nos evchit Deus, sed plerumque in igneo urentium ærumnarum vehiculo. Dilucidè Christus: *Nemo est, inquit,*

Tom I I.

qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiet centesimam partem nunc, in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus. Grata illa omnia & amœna præter hanc unam appetitulum cum persecutionibus. Quid in nostris actionibus tristium & lætorum mixtura admittenda. Omnia, inquit Christus, quæ mei causâ perduntur, reddam centuplicato fenore, ad junctis tamen & persecutionibus. Premunt istæ amicos Dei, non opprimunt. Andreas Cardinalis Ferdinandi Archiducis filius, hoc usus est symbolo: Cucurbitam aquis innatantem curavit pingi, & inscriptionem hanc addidit: *Lætor, non mergor.* Ærumnis variis jactamur! Bono animo; non mergemur. Bonum malumve corium produnt pluvix; Bonum malumve hominum ærumnæ.

CAPVT III.

David virtutum edit specimina.

Mratur Orbis hodièque Socratem non à fortunis, sed à scientiis æstimandum. Socratis parens Sophroniscus Statuarius, Phænereta obfretrix. Hi natales Socratis paupertini ac humiles. Non illi tamen obstitit originis humilitas. Nam eò virtute ac sapientiâ peruenit vir iste, ut eum nemo non sapientissimum æstimaret. Philosophis, tam iis, qui superiores ævo fuerunt, quàm qui inferiores, plurimum lucis præluxit. Errores se antecedentium correxit, sequentium sustulit. Illi cælum & terram dimensi, de sideribus, de elementis, de principis diserebant, seiplos non inspiciebant. De rerum naturis subtilia multa tractabant, definiebant, & videbant, ratione inabantur, acutissimè cõcludebant, libros implebant, sapientiam buccis concrepantibus ventilabant. At Socrates dux viæ primus: Quæso vos aiebat, potiora priùs curemus, & ab his digressi ingrediamur microcosmum, quilibet seipsum. Ridiculum est de stellis disputare, cæli oculos nosse, seipsum ignorare, ad sua vitia cæcutire. Animi latibula omnium primò excutienda. Atque hinc Valerius maximus hoc encomii assignat Socrati: Animum ab indoctis erroribus obductum in intima conditionis humanæ, & in secessum peccatoris repositos affectus scrutari coëgit. Certè si virtutis pretium non aliunde, sed ab ipsâ petamus virtute, optimus vitæ magister fuit. Alii docebant sapere, ille docebat vivere.

Davidis ortus humilis, natales parum clari fuerunt. Sed nihil ei obfuit prolapia rusticana, nihil eum impedivit generis ignobilitas. Tantò clarior effulsit virtus, quantò tenuior erat stemmatis origo. Multò grandius est dignitatem generis, & amplitudinem parentibus dare, quàm ab iis accipere. Quod Chryso-stomus observans: *Melius est, inquit, ut in te glorietur parentes, quàm tu in parentibus.* Vnus de multis fuisset Isai, nunquam spectabilis, nunquam inclutus & in Orbe celebris, nisi hoc fuisset auctus filio, qui sapientiâ & virtute in eam excrevit claritatem, ut multò potiori jure, quàm Socrates, dici poterit optimus vitæ magister, si virtus per se ipsam æstimetur, non spectata natalium splendore. Et in hanc virtutis palæstram, juvenis hic pastoritius maturè profus descendit, jam enim in agris, intèrque oves fortitudinis, pietatis, & cum Deo familiaritatis, jam illustrium virtutum edidit specimina, de quo hac dissertatione agemus.

§. I.

DAVIDI jam quidem in regem uncto, ad caulas tamen redeundum fuit. O qualis rex! pro diadematè

• X x x 3

demate petasum, pro sceptro pedum, pro purpura vilissimam gerit lacerna. Davidem à Samuelis unctio-

1. Reg. c. 16. v. 10. Fortitudinis Davidis admiranda experimenta. Chryf. hom. 46. in Gen. 1. Reg. c. 17. v. 34. & seq.

Saul enim à malo genio vexatus, mandavit Isai: *Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis.* Hanc David primam habuit suam virtutis athleticam arenam, hic fortitudinis admiranda dedit experimenta, quæ cogebatur Sauli recensere. Quod affirmans Chrysolostomus: *Diffidit illi rex, inquit, quapropter David facinora referre cogitur, his omnino verbis: Pascebat servus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant adversum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & leones, & ursum interfeci ego servus tuus.* Ex ipso loquendi modo fat constat, non semel tantum iterumque id factum, sed sæpius. Et quàm incredibile hoc Davidis robur? Non canibus, non lupis, sed uris & leonibus robustissimam animositatem suam objecit, neque has feras lapidibus solum fugavit, sed duellum cum iis inivit. Et quod mirius, non eas venabulo, non farsisâ, non spiculo, sed inermi manu exarmavit, & confecit. Fortitudo ingens, obtupescenda.

Ecli. c. 47. v. 2. & 3.

Hanc admiratus Siracides: *Quasi adeps, inquit, separatus à carne sic David à filiis Israël. Cum leonibus lussit quasi cum agnis, & in uris similiter fecit sicut in agnis ovium in juventute sua.* Tam hoc Davidi non difficile, quàm exercitissimo venatori, qui aprum ioco configit. Hoc potuit spiritus Domini directus in David. Atque hæc Sauli regi fuerant necessariò narranda, alioquin pastorius ille juvenis ad pugnam cum Goliatho neutiquam fuisset admittus. Hæc verò David jam unctus rex, etiã tamen opilionem agens patravit incredibilem fortitudine.

Cur hæc fortitudo narranda fuit Sauli.

Davidis pietas & erga Deum devotio:

Ejus porro pietas & singularis in supremum Numen devotio, in eo sese potissimum exeruit, quòd non parulâ sub regimine, fagi recubans totos soles inerti otio combulleret, sed sedulum scriptorem, ingeniosum sacrùmque poetam egerit. Nam psalmodum partem in agris composuit, & eos ipse aut voce asâ, aut citharâ admotâ cecinit. Sicut in urbibus nostratibus phonsæci, opifices diversi, pelliones, arcularii, fabri, marsupiarii, linteones inter laborandum fingunt, canuntque, dein festis diebus publico se committunt, & ludos musicos institunt: ita quæ David in pratis & silvis sacra carmina meditatus sibi suisque ovibus cantabat, ea nunc in templis omnibus cantant Christiani. Quamvis neque tunc quidem phylæstris & sacra Davidis musica latuerit. Innotuit hoc canendi studium in aulâ regis & sermone celebratum est. Iure merito. Nec enim aniles fabulas, aut apinas affanias, aut prischorum somnia, aut lascivas fabulas sibi sumpsit cantandas. Quod sensit, hoc & carmine effinxit, de Deo, & laudibus divinis omnia. Hæc Davidis pietas, & in Deum fuit religio.

Cum Deo familiaritas:

1. Reg. c. 16. v. 18.

Gen. c. 39. v. 2. Cui rēpus & locus favebant.

Hinc nata suavis cum Deo familiaritas. Hoc enim laudis in aulâ regis habuit, ut unus aliquis aulicorum diceret regi: *Ecce, vidi filium Isai Berlehemitam scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus est cum eo.* Idem laudis obtinuit Ioseph Egypti prorex: *Fuitque Dominus cum eo.* Habuit David fat temporis ad colloquendum cum Deo, & locus mirificè arcana hæc alloquia juvabat: nam cum ovibus loqui non poterat, humanas illic locorum voces non audiebat, ita spiritus Domini cum Angelis cum, & cum Deo loqui docebat. Hinc acta cum Deo conjunctio, & suavis societas. Nihil in Orbe dulcius præ istâ cum Deo familiaritate. Dulcissima ea est, sed experto. Experire, mi homo, ac gusta, & mecum senties. Homo Deo familiaris nunquam solus est, nunquam ex-

tra omne gaudium est. Nam etsi vel in Phalaridis tauro sit, hoc illi tamen erit gaudium, secum habere Deum. Sed ego hic verbis tempero. Quàm suavis, quàm beatum sit Deo familiarem esse, experiri possumus, verbis eloqui non possumus. Hos animi sensus dulcissimos humana facundia nunquam satis descriperit. *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Psal. 33. v. 9. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.*

1. Reg. c. 16. v. 14. Deus subtraxit Sauli spiritum sapientie & fortitudinis.

§. II.

Quemadmodum verò spiritus Domini Davidem suaviter asserit, ita impium Saulem deseruit. Quod facti regii clarissimè testantur: *Spiritus autem Domini recepit à Saul.* Sauli velut degeneri filio jam repudiatò subtraxit Deus spiritum principalem illum regibus necessarium, spiritum sapientie ac fortitudinis, concessitque eum Davidi. Ab eo tempore Saul nihil egregii facinoris patravit. Qualis autem rex fuerat, talis & exercitus illius, timidus, imbellis, effeminatus; unici hominis Goliathi vox fugavit omnes. Nimirum totis castris Saul metum infudit. Tanti militie dux est. Et rectè dicere solebat Chabrius Atheniensis dux clarissimus: Terribiliorem exercitum esse cervorum duce leone, quàm exercitum leonum duce cervo. A prudentiâ ducis & fortitudine pendet maximam partem eventus belli.

Saul igitur spiritu meliore destitutus, à maligno est occupatus. Equis denique malignus hic, & nequam spiritus? Priscorum Patrum sententia est, à malo dæmone fuisse infestum; appellari autem spiritum Domini, quod à Domino sit missus. Quod Gregorius confirmans: *Idem spiritus, inquit, & Domini appellatur, & malus: Domini per licentiam iusta potestatis, malus per desiderium male voluntatis.* Enimverò palatini famuli Saulis, utcumque oris liberi: *Ecce, inquit, spiritus Dei malus exegit te. Iubeat Dominus noster rex, & servi tui, qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere citharâ, ut quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu suâ, & levius feras.* Quis quæso huic culci dixit musicâ fugari dæmones? Priscis notissimum, animi morbos modis musicis juvari. Multa in hanc rem Plutarchus narrat. Terpander quem comesta ficus suffocavit, sedationem inter Lacedæmonicos concitatum, musicâ sedavit. Thales Cretensis pestem Spartæ grassantem musicâ compressit. Græci deliberationem habituri de rebus maximè seriis cantum Dorium sæpe adhibuerunt. Ab aliis ad alia Phrygius, Asius, Lydius, Gygius est adhibitus. Pythagoras cum fortè in homines ebrios tibicini adambulantes incidisset, extemplo canere Dorium iussit, quâ cantus mutatione ita crapulam discusserunt, ut corollas capite detraxerint, ad majorem sese modestiam composurunt. Cassiodorus vim musicæ in morbos admirandam oratione uberius explicat. Quid porro auxilii & opis musica ferat ad fugandos dæmones, Franciscus Valefius Philippo II. Hispaniarum regi medicus, in Philosophiâ sacra quam scripsit, eruditè docet.

Cur spiritus malignus in Saulle appelleretur spiritus Domini.

1. Reg. c. 16. v. 15.

Musica dæmones & morbi fugantur.

Iesæus David in aulam regiam accitus est, non solum ut musicus eximius, auditore rege dignus, sed etiam ut poëta & psalter facer, qui non suavis tantum, sed & doctus prisque modulis laborantem regem refocillaret, quod David eximie præstitit. Quis sese non optaverit hinc auditorem, qui sacros modulos illos perditus & pernox audiret? profectò David ab aulicis adeò commendatus regi, quàm primum vocatus est in regiam. Davidis pater Isai, ne quid pateretur officio suo deesse, panibus oneravit asinum, addidit vini lagenam & hævum, misitque per manum filii sui David Sauli. Hoc ævi more fecit Isai. Tene quidem istud parumque magnificum, sed castris non ingratum fuit.

Valef. c. 28.

David musicus eximius, refocillat regem.

fuit donum. Quemadmodum Jacob Ægyptio principi vices muneris aliquid mellis, resinæ, storacis, stactes, terebinthi & amygdalarum misit. Sic Artaxerxes aquam ex flumine hautâ cavimanibus in donum oblatam aureo cratere excepit. David igitur cum muneribus, quæ parentum fortunæ non nimium opulentæ submiserant, advenit. Mox placuit novus iste famulus, qui suam operam quam primum insigniter probavit, regiùmque morbum fidibus felicissimè mitigavit. Et dilexit eum rex nimis, & factus est ejus armiger. Sic honestum morbo questum est pallium.

Interim turbârunt Philisthæi, & moverunt arma in Hebræos. Eâ occasione tres Davidis fratres militiæ dederunt nomen sub regis signis stipendia facturi. Iamque ingravescens bellum missionem impetravit Davidi. Abiit itaque David, & reversus est à Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Sed, cum famulus tam charus tam citò permisus est domum redire? Iosephus aliquid allegans causâ: Noluit Saul, inquit, in bello tam serio & periculoso videri quere-re delicias, & alere fiducias ac citharædos. Acutiùs hoc dixit Iosephus quam verius. Res ita habuit. Saul in eo morbo variabilis & morosi proflus ingenii fuit, hinc juvenem priùs charissimum fastidire cepit, & rejicere. Hunc deinceps lusum Saul cum Davidis lusu affidit. Nam eum modò vocabat filium, modò ut hostem capitalissimum insectabatur, uti quibusdam dominis lunam pectore gestantibus servi modò aurei, modò argentei, modò vix sunt plumbei. Sat causa-rum habuit David cur aulæ exiret. Sibi suisque meditationibus inter turbas aulicas non perinde, ut inter oves, & in solitudine vacare poterat: ad illam ergo volens libensque rediit. Hic tria singulariùs observanda.

§. III.

Primum Honorata Humilitas. Iesus David jam rex electus, dictus, iustus, pronuntiatus, & unctus, ad oves tamen pascendas jam secundum redire cogitur. Quem fata tam rigida non mordeant? Sed videte Christum Dei filium, Orbis Servatorem, Messiam verum non ad suaviora natum. Vix enim in auras prodiit, mox à rege pediculoso Herode Afcalonitâ in fugam agitur. Perinde si Pater ex cælo proclamasset: Mi nate placidè hoc feras. Mei filii non molliter habendi, sed adversis & calamitatibus sunt durandi. Humilibus principiis crescendo ad magna. Hac ego semitâ meos ad paradysum duco, hic meus est mos, hic spiritus meus est. Vivit etiânum vigetque hic spiritus inter principes, reges, & reginas. Magdalena Ferdinandi I. filia, regina amplissima, quæ regiam Halensem domum sacris legibus & possessionibus condidit, solebat dicere: Sunt in omni statu & ordine probi, improbi, Deus à singulis rationem exiget: mendiculus postremissimus tam nobilem ac pretiosam habet animam, atque Imperator Romanus. Nec à verbis diverterunt facta. Nam illa ipsa inter suas virgines ita se gessit, ac si omnium esset infima. Vilissimam quamq; operam non abhorrens lances elucere, tergere, in horto steriles herbas vellere, fordidas bestiolas ex arboribus decerpere, fila ducere, lanam carpere, pensum facere, herbulas & flores legere, igni eliquare, telas linteas lotas componere. Eadem Serenissima regina dictabat quandoque, si parenti ratio non obstitere, & suppetere vires, velle se etiam panes pinsere, ac pecus curare. Hinc nunquam otiosa, semper aliquid operis, quod Hieronymus monet, factitabat, ne unquam à diabolo inveniretur non occupata. Cum gravior defuit occupatio, inter suas virgines pomis, pyris, rapis corticem detrahare non erubescibat. In ancillam spontè famulabatur regina. Spiritus Domini compellit ad humilia & abjecta,

A idè rex noster, jam sacro balsamo delibutus ad pascendas oves remittitur, idè jam palatinus citharædus, jam phonsæcus aulicòs, jam Saulis armiger, ad pecus tamè iterum ablegatur: *Reversus est David à Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem.* Nemine contaminat humilitas, & summa abjectio.

Alterum, Dicendi Libertas. Palatini famuli Saulis ore satis libero: *Ece, inquit, spiritus Dei malus exagitat te.* Ita sese res habent, rex potentissime, nec enim negari hoc potest, genius malus te torquet. Fuissent, qui blandissimè dixissent, non esse nisi atram bilem, seu paulò graviozem melancholiam, cui facile sit mederi. At aulici isti nil regunt, nil dissimulant, apertam in os veritatem ingerunt. *Spiritus Dei malus exagitat te.* O mi bone Deus, quanto sanctius gubernaretur Orbis, si candidiùs aperiretur veritas. O magni principes, o reges potentissimi! Non est qui vobis, non est qui puram putam propinet veritatem. Tegunt, facant, comunt, dissimulant, centum larvis veritatem obvelant vestri laudenses & Placertini: & vos uni alterique hæc monenti non creditis. Obsecro, pensulatiùs cogitate illud Oracul: *Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus.* Et dixit Dominus: *Despicies, & perversalobis egredere, & fac ita.* Et facit ita, etiânum quotidie. Sed discrimen est hominum veritatem pingentium & palliantium. Putant aliqui veritatem dicere, sed putant tantum, non discernunt. His mederi difficillimè. Alii satis notant, quàm veritatem lædant, sed istud sibi, suisque credunt esse utile. At reverà sibi, suisque plurimis nocent quàm maximè. Nec enim Deus favere potest animo fallaci. Hos tales Epictetus umbræ confert, quæ suo se corpori ad omnem motum flexumque accommodat. Hi Protei cœcilia sua fortunæ applicant, & ad omnem illius motum se movent. *Ut quæque est ventus, tanti diei velum vertitur.* His virum unum feminamque sub

C aspectum pono. Cæcus, qui oculorum diem à Christo recepit, audacter prorsus cum Phariseis disputavit, quos etiam irretiit, implicavit, convicit veritate. Nam ab iis crebriùs interrogatus: *Dixi vobis jam, Ioan. c. 9. v. inquit, & audistis, quid iterum vultis audire? Nunquid vos vultis discipuli ejus fieri? In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, unde sit, & aperuit meos oculos: scimus autem, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc cœcudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati? Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.* Hæc libertas hominis plebei & illiterati, quot viros magnos, quot senatores palatinos, quot adulatores aulicos dabit in ruborem, quorum omnium hoc princeps est negotium, larvam aptare veritati quàm formosissimam. His lyncibus multò fuit oculatior ille cæcus, quem Pharisei quidem eliminârunt ex synagogâ, at Christus foras ejectum humanissimè solatus. *In judicium, inquit, ego in hunc mundum veni: ut qui non vident, videant, & qui vident cœci fiant.*

D Huius viro ex animi sententiâ liberrimè loquenti adstitimus feminam illam, quæ, dum Scribæ ac Pharisei Christum calumniis lapidarent, ore liberrimo proclamavit: *Beatus mater, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.* Ingens hæc oris libertas fuit, quæ quantò copiosius Dominum IESVM prædicavit, tantò refutavit animosius Domini IESV calumniatores. Vtrimque laudanda, & ob Christum liberè laudatum, & ob Christum hostes sine formidine perfrictos. O Veritas, quid es, o bona Veritas! Illa Pilati quæstio: *Quid est Veritas?* adhuc pendet sub iudice. Plurimis deforme monstrum est veritas, nam eam centum tegunt centonibus. O bona Veritas, quàm ubique aut malo, aut nullo admitteris hospitio!



3. Suavis
providen-
tia Dei,
erga Da-
videm.

Tertium, Suavis providentia DEI. Voluit Davidem Deus Aulicum aliquamdiu agere in aulâ Saulis, idque ante occupatum regnum, ut ita sensim disceret, qui suo se tempore gerendis rebus applicaret, ut plurimum sibi conciliaret benevolentiam, ut sciret, quâ parte peritissimum Aulici laborarent, ut per adversa variâque insidias ad sublimitatem regni eluctaretur. Vult nimirum Deus, ut ad solium aureum, sed per gradus ferreos ascendamus. Eundem, ô Christiani, per spinas, ut perveniamus ad rosas. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis, & omnis afflictionis, ejus.* Quod si David tot tantisque calamitatibus erat exercendus, ut caducum, mortale regnum, denuo perdendum acquireret: O quantum justius nobis asperissima quæque toleranda, ut æternum, immortale, regnum beatissimum assequamur. Ignorat quam dulce sit esse regem in cælo, qui labores & molestias horret in terrâ. Astrologia vaticinium est, si Martius sui principio se lupum gerat, in ovem desinet, & quanto superior & immittior est hiems, tanto serenior & faventior erit æstas: ita profusus tanto nobis futurum regnum erit suavius, quanto nunc acerbior est nostra servitus; per miseras & ærummas ad immortales itur delicias; per vepreptendimus in paradysum, per lacrymarum vada transitus est ad æterna gaudia. Eia alacriter & animosè; brevissimum est iter, itineris terminus regnum immortale, felicitas nunquam desitura.

Psal. 131.
v. 1.

Qui labores & molestias horret in terrâ, quam dulce sit esse regem in cælo ignorat.

CAP. IV.

David in Goliathum armatur.

David se ad certamen contra Goliathum offert.

Sunt qui amiciantur veste quidem vili è panno, scorio, tetâ, lino gossippino, quia tamen ea vestis ad modulum corporis est valde habilis, cum holoserica non emutarent eam quamvis vilissimam. Nam etsi quis vestem sericam, pictam, attalicam habeat, ea tamen corpori non respondeat, plus æquo laxior vel certè strictior, non apta membris, rejicitur. Ideo sæpe molestissimum est deponere vestem obsoletam, non quia pulchra sit & pitida, sed quia commoda. Hinc Tarlensis Paulus appositisimè satisfacit hanc quæstioni: Cur, obsecro, tam inviti morimur, cur onus corporis miserabile tam ægrè deponimus? cum sciamus, & verò etiam credamus millies esse melius, in cælo æternum vivere, quam in terrâ assidue mori? Ad ista Paulus: *Ingemiscimus, ait, gravati, eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri.* Alluevimus huic vitæ miseræ, hinc miseras ipsi nostras amamus.

2. Cor. 5. 5.
v. 4.

Cum audiisset David, uniuersum agmen Hebræum à gigante Philistæo provocari ad pugnam, nec unum aliquem ex omni numero reperiri, qui solus audeat in duellum cum Goliatho congregi; cumque etiam auditione percepisset, victori præmium ingens sponderi, animosissimè ad hoc certaminis obtulit seipsum. Germanus quidè frater Davidem acriter objurgavit, sed & Saul istam animositatem vix pensi habuit, ac cum David instituisset narrare regi, quibus præliis ursos & leones exarmasset, rex denique assensus: Ergo fortunam, inquit, tentemus; meâ te captaphractâ, meis armis vestiam. Et verò etiam vestiri cœpit David thorace ac lorica regiâ. Sed cum incensus & agilitas viderentur impediri hac armaturâ, David eâ rejectâ, subsidium à pastoritiis sibi que ultatis armis petiit. Hoc ergo capite dicemus, quâ ratione David in Goliathum fuerit armatus.

§. I.

Bello Philistæo, quod Israël's populus adversus idololatrias gessit, memorant fasti regii virum

A immanis staturæ omnibus incussisse terrorem. Effigiem gigantis hanc proponit sacer historicus: *Et egres- sus est vir spurus de castris Philistinorum nomine Goliath, de 1. Reg. 17. 25. Gerb, altitudinis sex cubitorum & palmi: & castis area super caput ejus, & lorica à hamatâ induebatur. Staturam viri vulgarem pene altero tanto excessit; insuper valentissimus, miles expertus, audacissimus. Terroris formidandam speciem auxerunt arma ferrea, castis, lorica, ocreæ, hasta, scutum. Lorica quinque millia siclorum æris habuit. Si minorem sumamus siclum, sive unciam dimidiam, & uncias duodecim pro librâ, libras ducentas octo & tertiam librâ partem, seu duo ferri centumpondia in unam hanc lorica insumpta dicendum: ferramentum haste viginti quinque libras ferri æquavit: hastile quasi liciatorium textentium: ipsa quoque tibialia erant ferrea. Hinc æstimanda cetera, hinc conjectandæ vires quæ tanto pondere fuerunt pares.*

Hæc giganthæa moles tam regi, quam toti exercitui terrorem maximum incussit, si quidem Goliathus provocans clamabat adversum phalanges Israël, & dicebat eis: *Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philistæus, & vos servi Saul?* Si quis unus ex omnibus est ardentioris animi, in arenam prodeat, & componi mecum sustineat. Si vicerit me, perpetuis tributis serviemus vobis: victus, in servitutem nobis vos tradet. Adsit, qui animo manūque valet. Audiens autem Saul & omnes Israëlites sermones Philisthæi hujuscemodi stupebant & metuebant nimis. Ipse autem Goliathus apud suos superbissimè se jactans: *Ego, jactantia, inquit, exprobravi agminibus Israël hodie; dare mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. O dedecus, & Phrygiæ, nec unus unicus est repertus, qui vir esset, qui animo non tremere, & congressi auderet.* Omnium virtus ingentibus promissis evocabatur. Victori statuebatur præmium Virgo regia, Saulis filia in conjugem, immunitas super ab omni tributo in omnem victoris familiam. Nec tamen ullus totis quadraginta diebus prodiiit, qui cominus iret in gigantem.

Interim Isai vir nonaginta duorum annorum filium David in castra misit, ut tribus fratribus panes mittitur ad caltra, & polentâ, tribuno militari decem caseolos deferret, unâ etiam videret, quid rerum fratres agerent, ad quæ signa sacramento dixissent. Cum in castra venisset David, jam acies in hostem expedita stabat. Mox David suis farcinis custodi commendatis, ad locum pugne pervolat, & fratribus, quid velit pater, exponit. Dum loquuntur, Goliathus adest. Diffugere omnes. Miratus David hostis audaciam, & imbellem suorum trepidationem, seiscitari cœpit, quid præmii esset laturus, qui Philisthæum provocantem sterneret?

Sermo omnium erat: *Virum qui percusserit eum, dabit rex divitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris ejus faciet absque tributo in Israël.* Hic David ingenti animo: *Quis iste, inquit, Philistæus est, idolorum cultor, jactator insolentissimus, qui tantos audeat sibi sumere spiritus, & aciem Dei provocare? Hoc audiens maximus natu frater Eliabius, in David effusâ bile: Quare venisti, ait, & cur oves pauculas deseruisti? jam pridem mihi nota est superbia tua, & curiosa nequitia; ut videres prælium, accurristi. Cui David, Quid denique, ait, deliqui? Sed iram fratris declinandum ratus, aliorum circulis se inseruit, & promissis præmiis iterum iterumque narratis, plenus animo seipsum gante se obtulit ad duellum cum gigante inmundum. Hæc offert. continuo ad regis aures fama detulit. Consectum David regi sistitur, qui animosissimè priora repetens: *Non concidat cor cujusquam in eo, inquit, ego servus tuus vadam, & pugnabo adversus Philisthæum. Cui Saul: Non valet, ait, resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentiâ suâ.**

Hic

Hic David coram rege sermonem ingressus percen-
suit, quia lacertorum vi leones & urfos confecerat. In
narrationis epilogum adjiciens: *Erit igitur, inquit, &
Philisthus hic unus ex eis. Nunc vadam & auferam oppro-
brium populi, quoniam quis est iste Philisthus mircumcisus,
qui ausus est maledicere exercitu Dei viventis? Ille ipse Deus,
qui mihi leonis & urfi spolia concessit, hujus etiam
Philisthae belluae cadaver trader. Rex animi pen-
dens, sed assensus demum: Vade, inquit, & Dominus te-
cum sit.*

§. II.

Allatâ igitur armaturâ regiâ, David galeam ca-
piti, loricaam pectori, gladium femori aptavit.
Sed cum arma juvenem ita stringerent, ut incessum
ægrius moliretur, modeste illa repudiavit: *Non possum,*
inquit, sic incedere, quia non usum habeo. Itaque quâ prim-
mum & regem & Saulem exuens, pastorem & Davi-
dem induit, hoc est, ad nota se arma, baculum, fundam,
lapides convertit. In eam namque rem quinque
politissimos filices selegit ex amne, mistique in pasto-
ralem peram, fundâ manum obarmavit. Hâc pano-
pliâ David munitus in Goliathum prodit. Hic tri-
plex illustre documentum.

Primum; Rex designatus, unctus, jure possidendi
regni donatus, in parentis tamen gratiam agasonem
agit, & jumentum clitellarium ducit ad fratres. Nam
decem panes, cum decem cafeis, & modius farinae
imposita sunt asino, quem David ante se egit in ca-
stra. Nimirum Deo misisse placet humilitas, per
quam omnes divinos favores adipiscimur.

E veterum philosophorum scholis hæc una virtus
exclusissima fuit. Socrates, Plato, Aristoteles nec ver-
bis eam, nec factis docere noverat. De Temperantiâ,
de Fortitudine, de Iustitiâ sublimiter & eruditè dis-
seruerunt. de Humilitate minus sciverant, quàm pueri
puellæque nostræ. Qui scire cupit, quantum Humi-
lilitatis seu submissionis studio profecerit, conficien-
tiam suam interroget, an seipsum contemnere, si ab
aliis contemnatur, æquo animo ferre, promptè ac ex-
pedite se quibuscunque submittere didicerit. Certe
bonus cantor, bonus fidicen, bonus organicus cum
cantandum, cum fidibus aut organo ludendum, non
diu deliberant, arte habitûque id faciunt: ita David
Humilitatis artifex, sui contemptor, parenti obedire,
pecus pascere, fratribus servire, comæatum addu-
cere, omnibus se sine tergiversatione submittere di-
didit: Memento te David, & omnis mansuetudinis,
Humilitatis & afflictionis ejus. En an artificium nos-
se cupitis, quo pastoritius hic juvenis giganteam ma-
chinam dejecerit? Humilis fuit: Humilitas Davidis
minimè cunctabunda, sed prompta & expedita. Neg-
mirum Humilitate vinci hominem; ille peritissimus
mille artium pugil diabolus Humilitate solâ sternitur
potentissimè. Nullos diabolorum exercitus formi-
det, quem Humilitatis tegit lorica. Testimonio sit,
quod memorant. Angelum induerat diabolus, Ga-
brielem è cælo se mentitus. At ille, cui magnifica hæc
species objecta, vir submissi animi: Non dubito, in-
quit, quin erraveris; ad alium te missum credo, non ad
me. Ego Angelorum colloquiis indignus ad princi-
pum tantorum præsentiam cogor obmutescere. Mox
in auras evanuit personatus hic Gabriel, Humilitatis
hujus impatientissimus. Animalia complura solis fu-
gantur odoribus, quos oderunt. Lupi, damæ, urfi pul-
verem tormentarium ut primum ofaciunt, mox sese
in fugam conjiciunt: fearabæus odorem rosæ non
fert. De porcis Lucretius canit: Subus acre venenum
est amaracinum unguentum. Amatus Lusitanus, qui
Dioscoridem commentarius illustravit, de croco men-
tionem injiciens: Agafo, inquit, jumentum clitella-

rium vario aromate onerarat, has merces aliò ve-
tus. Cum nocturnum hospitium cervical negaret, ge-
minos ille sacculos croco pulvis pro culcitra subjecit
capiti, manè repertus est mortuus. Quod lupis, damis,
urfi nitratu est pulvis, quod scarabæo rosa, quod
porcis amaracus, quod turriti agaloni crocus, hoc
diabolo est animus submissus. Nimirum sui despicien-
tia fugat, vincit, expugnat, triumphat diabolum. Au-
de te ipsum seridè despiciere, & omnes diabolorum vi-
res elisi sit.

§. III.

Alterum; Vox Christi est: Inimici hominis do-
mestici ejus. Ut David adversus nunquam care-
ret, eum germanus frater veluti canis molossicus mul-
titudine incommoditico invadit, curiositatem &
superbiam opprobrat, imò ut nebulonem proclamat,
ausus enim in os fratri jam regi obijcero: *Ego novi,*
ait, superbiam tuam, & nequitiam, cordi tuo, intus & in cu-

Bte te novi. Videre obsequio, ut adultus in jun-
viam, ut exandescat in innocentem! si ita frater fra-
trem salutat, quid hostis hosti faciat? *Memento Domine*
David, & omnis mansuetudinis & afflictionis ejus. Eger-
rimè ferimus à propinquis & cognatis nos lædi, quo-
rum obsequiis coli, beneficiis affici par essem. Quis ab
amicâ manu vulnera expectat? sed ut Davidis Pa-
tientia & Humilitas experimentis omnibus inspiciatur
à fratribus etiam utraque exercetur & exagitur.
Ita Deus flagellat omnem filium, quem recipit, etiam
morigerum & modestum, etiam mitem & sanctum.
Sed nemo frangatur animo. *Nam mala,* inquit Grego-
rius, *qua nos læpient, ad Deum ire compellunt. Eam*
etiam ob causam Deus hæc vitam molestiis & æ-
rumnis innumeris distinguit, quod Augustinus ob-
servat. Ne viator tendens ad patriam, stabulam amet pro
domo sua.

Tertium: Quam plenus animi David, quantum in
eo agendi ardor, quanta in Deum fiducia, quam im-
fiducia.
Cpavido pectore dixit: *Dominus, qui eripuit me de manu*
leonis, & de manu urfi, ipse me liberabit de manu Philisthae
hujus. Argumentum optimum: Cum de pauculis tan-
tium ovibus ageretur, Deus me periculis præsentissi-
mis subduxit, quanto, magis jam adierit, dextramque
porriget opitulatricem, cum de salute totius populi
agatur. Ita nos in arcto identidem ratiocinemur: Quo-
ties, mi Deus, arctis in rebus openi mihi, attulisti,
quantis in periculis protexisti, quam sapientem, quam
benignam, quam potestem & insospitam mihi provi-
dentiam exhibuisti; paterna manus tua me nunquam
deseruit; *ex omni tribulatione eripuisti me. Quid dubitem*
ergo ego modicæ fidei? An non promittit Deus? Quo-
niam in me speravit, liberabo eum, protegam eum. Quam
Dei pollicitationem Bernardus suaviter expendens: Bernard, in
o dulcissima liberalitas, inquit, in se sperantibus non desse. hunc psal.
Quod Paulus Romanis, id ego hic universis voveo: serm. 16.
Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in cedendo, Rom. c. 15.
ut abundetis in spe. Non solum sperare, sed spe abunda-

Dre nos præco divinus jubet. Vtunque res cadant,
cælum an terra ruat, vera in Deum fiducia, nec rue-
re potest, nec fallere. Hac armati superavimus, quid-
quid hostium ex adverso steterit. Fiducia in Deum
inexpugnabilis, invictissima.

CAPVT. V.

David Goliathum invadit & vincit.

Rex Spartanorum Agis, quod Plutarchus me-
morat, bello strenuus, animo magnus & excel-
sus, Atheniensium domitor, cum inaudisset quosdam
suorum ad hostium multitudinem trepidare: Non
Quaren-

Patien-
tia neces-
sari.
Matth. c.
10. v. 36.
1. Reg. c. 17.
v. 28.
Psal. 131.
v. 1.
Aug. in Psal.
46.
1. Reg. c. 17.
v. 37.
Psal. 99.
v. 9.
Psal. 90.
v. 14.
Rom. c. 15.
v. 13.

quærendum est, ait, quot hostium sint, sed ubi sint, ut tantò animosius invadantur, quanto illi pertinacius resistunt. Cùmque ad Mantinam prælium à ducibus dissuaderetur, quod regis exercitum hostes numero longè vincerent: Pugandum est, exclamat, cum multis enim pugnet, qui multorum cupit esse dominus.

Quod in castris Saul, milites dæcesque universos terruit, hoc juveni animosissimo Davidi, nil penitus terrois iniecit. Ceteri militum ducumque omnes, *1. Reg. c. 17. v. 11. stupebant ac metuebant nimis.* Vnus unicus David animo ingenti alacerrimus sese obtulit ad duellum. Saul ipse male metuens huic juveni, & timidissimè ornatus: Mi adolescens, inquit, inaniter hæc cogitamus: puerum viri componere, opilionem militi, temerarium. Hoc tale par pugnantium nimis impar est. Puerum cum gigante congressi risum castris exiit. At verò contra visus David argumentis non unis, & pæniè idem quod Agis rex proclamavit: Non quærendum quæ procerus, altus, robustus provocator sit, sed ubi sit, illuc eundem. Et quando ceterorum nullus singularem pugnam subire audeat: Ego, inquit, Deo duce ibo, & auferam opprobrium populi. Ivit, & quod præ hilaris promisit, victricè manu præstitit. Venit, Vidit, Vicit: Goliathum invasit & prostravit. Atque de isto Philisthæi gigantis, & pastoritii juvenis duello, hoc capite differemus.

§. I.

Cum arma regia Saulis plus impedimenti viderentur allatura, quam præsidii, David ea ingenuè repudians: *Tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus,* ut nemini non constaret, potentia divinae victoriam illam esse adscribendam, *Et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit.* Thalmucistæ hic imperitè seminant, & fingunt Davidem sibi septem delegisse lapides, & in primo quidem proprium scripsisse nomen, in altero nomen fortissimi, hoc est, Dei, ceteris Abrahami, Isaaci, Iacobi, Moysis, Aaronis inscripta nomina. Logi & fabulæ. Sed sumptum hoc signum, è militari ritu ethnicorum, qui scutis, telis, gladiis, hastis inscripserunt quæpiam boni ominis causâ. Bello Cimbrico, teste Plutarcho, milites Martii & Catulli ducum nomina insculperunt telis. In Clypeo Agamemnonis leoninum caput depictum, cum his vocibus, *Hic pavor hominum.* Cedrenus asserit, plotunque clypeis inscriptum nomen ipsius urbis, quæ bello petebatur, ut si unus millesimo sexcentesimo vigesimo, pilis, bombardis, labaris inscriptum fuisset Praga, eo enim anno hæc urbs in Cæsaris potestatem redacta. Sic anno à Virginis partu ducentesimo octavo, Amegumnas dux, milites scutis iussit inscribere *Amorum,* quandoquidem illa urbs obsidione fuerat cingenda. Si Iustino credimus, Philippo Macedoni miles oculum excussit telo, cui hoc ipsum fuerat inscriptum: *Elide hostis oculum.* Quod David quinque lapides sibi sumpsit, certum: quod ali- quid his inscripserit, incertissimum, & nullis rationi-

ibat autem Philisthæus incidens & appropinquans adversum David, & armiger ejus ante eum. Non ad pugnam aut duellum, sed ad nuptias & triumphum ipse sibi videbatur ire. Thalmucistæ denuo suas occentant fabulas, aiuntque dixisse Philisthæum: Miselle puer, quid contra leonem prodis? cave sis, salivâ meâ submergeris, si sputo te petam. Nos scriptori sacro credimus, qui Philisthæum ita loquentem sistit. *Nunquid ego canis sum, quid tu venis ad me cum baculo? Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus celi, & bestis terræ. Et maledixit Philisthæus David in die suis, & despexit*

A cum. Ita consueverunt præsci pessimè precari: Diis te, Deaque perdant, Iupiter te perdit. Diis te infelicitent, excent. Nos illis non minus prompti, mox centena fulmina, aut mille pestes, aut decem millia diabolorum in aliorum caput detestamur. Ita Davidem Goliath execrabatur: Dagon Philisthinorum Deus te jugulet: Decreto Palæstinorum Dea te eviceret, exoculet, eradicet. Ad umbras inferas te Baal adigat: Mars tuis carnibus corvos & canes pascat. At verò David tam diris deprecationibus non terditus: *Tu venis, inquit, ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agnimum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu meâ, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadavera castrorum Philisthim hodie volatilibus celi, & bestis terræ, ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israel.* Sunt cum gigante congressi risum castris exiit. At verò contra visus David argumentis non unis, & pæniè idem quod Agis rex proclamavit: Non quærendum quæ procerus, altus, robustus provocator sit, sed ubi sit, illuc eundem. Et quando ceterorum nullus singularem pugnam subire audeat: Ego, inquit, Deo duce ibo, & auferam opprobrium populi. Ivit, & quod præ hilaris promisit, victricè manu præstitit. Venit, Vidit, Vicit: Goliathum invasit & prostravit. Atque de isto Philisthæi gigantis, & pastoritii juvenis duello, hoc capite differemus.

§. II.

Tulit baculum suum David, quem semper habebat in manibus. Quivis hominum se gerat illum, qui est; nec dignior aliò ore cupiat videri. Miles, se militem dicit, sacerdos se sacerdotem haberi velit. Aurum aurifici, pannus artori, corium cordonis, ferrum fabro ferrario, lignum fabro arculario tractandum; suo quilibet se modulo metiatur, ne ipsi dicant alii: Scitur, qui sis. David nil suæ tenuitatis dissimulans, eum se esse professus est, qui erat. Perà baculòque se armat, perinde ac si omnibus dicat: Pastor sum, inter pecudes educatus sum, miles non sum; mihi pedum sagumque rusticorum mihi melius conveniunt, quam gladius inauratus, & catafracta per encausticem elaborata. Quidquid affectatum, & insititum est, placere non potest. Atqui affectio, seu assumptus agendi, gesticulandi, loquendi modus, rebus pæne omnibus sese insinuat, non tantum gestibus & sermoni, sed & incessui. Quanti videri volunt in idiomate peregrino diserti? quorum ridicula est ea dicendi ratio assumpta. Theophrastus cum in foro scrutario Athenis venale quid liceretur, Atticæ linguæ venustatem assumpsit; cui mox ancicula nundinatrix: Mi hospes, ait, tam vili non vendo. Sugillabat hominem muliercula non Athenis natum, Atticas tamen elegantias æmulantem. Ita Favorinus juvenem præcè nimis loquentem increpans: Curtius, inquit, & Fabricius dilucidè sunt locuti, uti eorum ævo mos erat loqui, tu verò verbis uteris tam desitis, ac si cum Evandri matre loquaris. Infestivam habent elegantiam adsciti mores, adscitus lepor, adscitum artificium, adscita gravitas aut subtilitas, adscita urbanitas aut nobilitas, inductus & accersitus sermo: hæc enim non tantum ridendur, sed & offendunt. De his rectè dicitur: Caligæ pulchræ, sed his pedibus non aptæ, non decoræ; capillus scitè compositus, sed in hoc capite parum venustus. Originem paupertinam nemo erubescat, quod Davidis baculus non insigniter docet. Virtutis est magnæ, talem videri velle, qualis quisque est.

Repudiat arma regia, ut Deo partem victoriam ostenderet. *1. Reg. c. 17. v. 40.* Thalmucistarum figmentum.

Plutarch. in Mario.

Pausan. l. 5.

David nihil inscripsit lapidibus.

1. Reg. c. 17. v. 41. Goliathi factus ad duellum euntis.

1. Reg. c. 17. v. 43.

1. Reg. c. 17. v. 40. Non digniorem se profiteri quam sumus.

1. Reg. c. 17. v. 41. Non digniorem se profiteri quam sumus.

est. Optima pars Humilitatis non sapere ultra crepidam. Agathocles rex se patre figulo natum, promulgare iussit suam abacum, quam luto & fidilibus oneravit. Decorum est originis suae meminisse, atque illi se temperare.

II. Mirabilia sunt Dei iudicia, iudiciis Mundi plerumque adversantia. Quod Mundo placet, displicet Deo. David fundam baculumque gestans, utique ab omni Philisthæo exercitu liberalissime irrisus est. Quid refert? Murruret Mundus, susurret, instrepat, tonet, explodat, sibilat, stridat, concrepet (stridulum crede anserem garrire) modò Deus, quæ facis, commendat. Nos hac in re omni infante infantes, stolidissimi sumus: vel Mundi sibilò terremur, mors nobis esse ridere; vel despiciamus umbram horremus. Vri nos arbitramur, cum humanis iudiciis perstringimur. Opinio vana & puerilis. Cum enim virtutes ac vitia non plus ex merito æstimentur, quàm ex populari iudicio, non mirum si sæpe consuetudo & claritas peccantium culpas nobilitet, actiones piæ infamet. David & quotquot Deum respiciunt, hæc vana non curant, non attendunt. Anno certè necdum felix est, quem populus nondum irriserit. O verè felicem, qui iudicia humana novit contemnere, & suspicere divina. Alium agendi, alium bellandi modum habet Deus. Nova bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subvertit. Baculo & silice, quandoque solis culicibus & muscis totos enervat & fugat exercitus. Pompam quam non rebus pæne omnibus induimus, in rebus Deus omnibus odit; à iudiciis humanis quàm longissime divertit. Nos ex opinione plurima, quod Tullius dixit, ex veritate sanè pauca iudicamus. Atqui nimis ridiculum est, ab opinione hominum, tanquam à filo pendere. Titus Imperator sapienter dicere solebat: Ea quæ falsò de me dicuntur, profus negligo. Nemo igitur terreatur opinionibus, iudiciis, sermonibus finitris. A malè sano cerebro contemni & irrideri, iudicari, & damnari, laudis est.

§. III.

III. D avidis ingens in Deum erat fiducia, quam tot illustribus documentis monstrans: Novèrunt universa Ecclesia hæc, inquit, quia non in gladio, nec in hasta salvat Dominus: ipse enim est bellum, & tradet vos in manus vestras. Dicitur multò illustrius omnibus Curis militibus adscribendum. Nos abundè militia nostra prospectum credimus, cum satis militum, satis commætus, satis pecuniarum in rem præsentem est paratum. Vno Dei natu hæc distantur omnia. Nil rerum satis est, ubi nil divinæ opis est. Presidium bellis à Deo poscendum: spei quàm plurimum in armamentario cælesti ponendum. Ad quod hortatus Daniel: *Quoniam, inquit, non est confusio confidentibus in te. His monitis abundant volumina divina, præsertim sacra Davidis carmina. Spem & fiduciam David sexcenties millies ingerens: Beneplacitum est Domino, inquit, super timentes eum, & in iis qui sperant super misericordia eius. Quæ luculentissime Siracides confirmat: Respicite, inquit, julu nationes hominum, & scirete, quia nullus speravit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis invocavit eum, & desepit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protecor est omnibus exquirentibus se in veritate. Monitum saluberrimum, nunquam satis iterandum. Millies nos Deus hallucinari errare impingere, lædi, corruiere finit, ut demum cum Iobo fateamur: Ecce non est auxilium mihi in me. Ad hæc fiduciam in Deum erigendam, plurimum facit, divinæ Providentiæ notitia, de quo monitum subiungimus.*

IV. Quàm admirabilis est Dei Providentiæ: Go-

liathus quantum insultavit Hebræis, quàm minaciter provocavit omnes, quàm pugnaciter ferociter: suis viribus nixus, quàm contumeliosè cunctos irrisit, sed risus in auctorem rediit. Horrorem & fugam incussit Israëlitis vivis, suis mortuus. Præcisum ejus caput per Hebræas urbes ludibrio circumlatum. Ita Dei Providentiæ cum suorum hostibus solet ludere, ita defendere amicos. Nusquam non deprehendas divinæ Providentiæ luculentæ vestigia. Pecensteinius de Cæsarum & Heroum symbolis disertans: Maximilianus II. Imperator Romanus, inquit, symboli viciiani I mp. Rom. sym. bolum. cem Abrahami dictum habuit: Deus providebit. Ita quoties res ad verè obturbabant, illud in solarium ululare solitus est: Deus providebit. Quod Abrahamus Isaac filio jam in victimam à se destinato dixerat: Deus providebit. Et verò etiam providit providentissimus rerum omnium Deus, cum hircum vepribus implexum succenturiavit humanæ victimæ. Nec nobis aliter rebus vel turbatissimis sentiendum. Providebit Deus, providebit sapientissime, providebit & amantissime. Attingit enim à fine usque ad finem fortiter, & dispersit omnia suaviter. Nil latet, nil fugit, eulum omnia cernentem. Tua, Pater, Providentiæ ab initio cuncta gubernat. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti; & hoc factum est, quod ipse voluisti. Omnes enim via tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua Providentiâ posuisti. Ne ergo dedero os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas contra Angelo: Non est Providentiâ, Ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum.

V. Quinq; sibi lapides selegit David, quorum unusquisque Philisthæo bello finem dedit. Bernardus hos selegendi silices ad more transferens: Superaturus, inquit, peccatum sive superbiam, sive luxuriam, seu aliud quodcumque vitium, hos quinque lapides, nunquam non secum ferat. Et hæc illis indi possunt nomina. Comminatio, Promissio, Dilectio, Imitatio, Oratio, & Comminatio. Validum in scelus telum est: Deus hæc facientibus ignes micaturos aternos. Amisæ gratiæ cælique perditæ iactura inexplicabilis est; hæc insuper comitatur aternorum supplicium. Et tu adhuc peccare pergis? Quàm multò rectius sensit, qui dixit: Confige timore tuo carnes meas à iudiciis enim tuis timui. II. Promissio. Numen legem servantibus, & à se non desistentibus voluntates & delicias pollicitus est sempiternas, cur eas voluptulâ vendam brevissimâ? III. Dilectio. Et quomodo tandem volens & sciens offendam eum, qui pro me mortuus est, suaque me morte in vitam asseruit, qui singulis momentis in nos beneficus existit, cuius ope destitutus nec digitulum movero? IV. Imitatio. Porrò ii quorum, vestigia ducunt ad cælum, quid non fecerunt tuleruntque, quanta passi, quantis certaminibus objecti? David unicuique jam rex, quantâ calamitatum & miseriarum varietate concussus, stetit tamen, infracto animo fidelis Deo. Quid ego delictus miles in umbrâ, nòrbum simulè, cum pugnandum est? V. Oratio. Si nullus horum lapidum in altum evolet, omnem animi contentionem transfer ad orationem. Mitte hunc lapidem, non aberrabit à fronte Goliathi: Vociferare cum Psalte regio David: Respice & exaudi me Deus meus; Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram: Deus in adiutorium meum intende. Ab hoste non sternitur, quem Orationis alæ in altum subvehunt. Quod si Goliathus jam humi fufus etiamnum vivat, quod si vitia nondum penitus sint landa debellata, ex ipsis vitiis sumenda est occasio virtutis. Vivit adhuc iracundia in te, gliscit superbia, furit libido, viget vinolentia? animum ad submissionem inferte: Dic ipse tibi: Quàm ego superbus sum Superi quàm iracundus! quàm libidinis appetens! quàm gula deditus! quàm multis vitiis obnoxius! quàm pa-

Maximilianus I mp. Rom. sym. bolum.

Gen. 22. v. 8.

Gen. 22. v. 8.

Ibid. c. 14. v. 3.

Iudith c. 9. v. 4. & 5.

Eccles. c. 5. v. 5.

lap. tribus g. gantem hinc in scelus telum est: Deus hæc facientibus ignes micaturos aternos, quemadmodum tribus tentationibus à Christo victus est satanas. Ita magister historia scho-lastica & Hugo, Sed pace horum dixerim: aberrant à litterâ.

1. Lapis: Comminatio.

2. Promissio.

3. Dilectio.

4. Imitatio.

5. Oratio.

Psal. 118. v. 120.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

Ps. 12. v. 4.

Ps. 120. v. 2.

Ps. 69. v. 2.

rum in me solida virtus est! Hac tamen arena non excedam; stabo & pugnabo, dum Goliathum penitus debellavero. Hos & simos, hoc genus certaminis querit. Serio velle vincere, pars maxima est victoria.

CAP. VI.

David triumphat, & invidetur.

Lucus & gaudium semper se comitatur.

NVLUM sine sale sacrificium. Calidis frigida, amara dulcia nusquam non miscentur. Luctus & gaudium contraxerunt conjugium nullis saeculis solvendam.

Cananda nullius sine nube dies.

Crus agrum Socrates fricabat, non sine voluptate, sed mox dolorem sentiens. Quam Natura, inquit, nihil admittit gaudii sine moerore; nusquam sine felle mel est; sine sale sacrificium; sine ablynthio saccharum: amara & dulcia in eadem semper degunt viciniâ. Vbi ignis ibi & fumus. Vbi gaudium, ibi proximus pierumque moeror. Hæc humanæ vitæ ratio est; his vivitur legibus, quas nemini licet. Qui nequit esse pauper, sic dives esse poterit; qui mori nescit, nec quidem sciet vivere; qui invidiam sustinere non valet, nec felicitatem quidem desideret: hæc plerumque conjuncta sunt.

Davidi propter victoriam applaudit populus.

Progressus David adversus Goliathum pugnavit & vicit felicissime; non arma tantum, sed & captus ademit adversario. Hanc prædam, hæc spolia optimissima ad regem tulit, non sine ingenti applausu & gratulatione omnium. Iesus David omnium vocibus extollebatur caelo, in hunc unum faustissimæ precationes omnium tenent. Hunc juvenem omnes amplexari, fovere, exosculari. Si quæ per Hebræas civitates victor exercitus transibat, undique omnes obviam prodire, festivis castibus excipere, mille argumentis gaudium testari, putare se digito caelum attingere. Regnum Saulis fluebat melle, cui tamen proximum erat fel invidia. David ab omnibus jam pæne adorabatur, rex eundem David ob triumphales applausus odii & invidia cepit urgere. Ita nullum sine sale sacrificium, sine moerore gaudium, nullus fortunæ risus sine lacrimis. David triumphat, sed invidetur. Quod jam explicatius trademus.

Inde Saul cum odii & invidia cepit urgere.

s. I.

Ex victoria Davidis Philistæorum consternatio. 1. Reg. c. 17. v. 51.

Goliath in terram lapsus, & ejus capite præfecto Philistæus exercitus ita pavore consternatus est, tanquam si omnes unum habuissent jugulum, quod populo Romano Caligela optabat. Hoc uno gigante caeso, cervix omnium videbatur præcisâ. Nam videntes Philisthim, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt, plurimis in fugâ caesis. Eleganter dixit Ambrosius: *Vnius fortitudo, sacra est universorum victoria.* Quanti est, præsertim in bellis, vel unius hominis creditus & virilis animus. De Lacedæmoniiis prodit Aelianus, in bellis eos sagulis usos puniceis, ne sanguis e vulnere fluens injiceret pavorem. Eam ob causam Imperatores Romani purpureum vestitum in aciem adferre consueverunt. Quod de Lucullo memorat Plutarchus, qui Macellum & Pelopidam reprehendit, quod seiplos cum exercitus damno perdidissent. Salus militum in ducis vitâ consistit. Cum Asaclem, ut sacra pagine testantur, jugulasset Abner, cunctorum militum animi eiecerunt. Cum Holofernem vidua Iuditha ferro trucidasset, quod pariter litteræ divinæ memorant, intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum, cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore ac metu agitati, fuga præ-

Salus militum in vitâ ducis consistit.

2. Reg. c. 2. v. 23. Iudith. c. 14. v. 17. & 18. Ibid. c. 15. v. 1. & 2.

A fidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relicto omnibus evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant. Et o rem mirè prodigiosam! E muribus subito facti sunt leones. Nam ante castrum Holofernem Assyrii Hebræos vocarunt mures; eosdem, Imperatore suo jam obruncato, fugerunt ut leones.

Ita Philisthæi Goliatho ad orcum misso, non tantum effusissimè fugerunt, sed plurimi eorum interierunt. Si Iosepho, historico Græco, credimus, Philisthæorum triginta millia occisi, sexaginta millia vulnerati sunt. Nam eos Hebræi usque in Geth, & Accaron fugarunt, inde reversi castra spoliârunt.

Hic meritò miremur, quomodo Saulem omnis aded memoria destituerit, ut pugna finita ex Abnero duce quasi verit: De quâ stirpe descendat hic adolescens; Interroga, cujus filius sit iste puer. Incredibilis & sanè turpis oblivio. Vix annus est, cum David Saulis armigerum egit, suumque dominum fidium cantu à demonis infule sepius liberavit; & jam obliuiscus rex querit: Quis sit iste juvenis? Hæc absurda quæstio, causa & occasio fuit Davidis ad regem introducendi; Accersitus igitur David ad Saulem, cum capite Goliathi, quod manu gerebat, se stitit regi. Ad quem rex corriter: De quâ progenie es, inquit, o adolescens. Cui ibid. v. 18. promptè David: *Filius, ait, servi tui Isai Bethlehemite ego sum.*

Porro prælium tam feliciter clausum triumphus Triphus sequebatur illustrissimus. Rex Saul cum Ionathâ ceterisque filiis eorum regem sublimem se spectandum dedit. Comitabatur Abner castrorum præfectus & David, pretiosâ veste splendidi, fertis redimiti. Etenim Davidem Ionathas suis & armis & vestimentis ornavit. Hos alii atque alii duces militésque sequebantur palmas & prædam ferentes. Post hos captivi ducebantur. Hinc illinc Heroium tympana & tubicines concinebant. Goliathi caput inter Saulem & David, quod incredibile, conto præferebatur. Nam pulcro ritu hostium capita figebantur contis. Ita Ptolemæo factum à Gallis, quod Iustinus memorat. Sic Otho Imperator Pisoni & Galbæ fecit.

Huic agmini triumphali ex urbibus undequaque obviam prodierunt puellæ Hebrææ, quæ festivis cantibus & choreis salutarent victores. Id enim doctæ erant, in nuptiis epithalamium, in triumphis epinacium, in cladibus epicedium, in funeribus Iessum canere. Ita triumphantes Saulem & Davidem hoc cantu exceperunt: *Percussit Saul mille, & David decem milia.* Hæc invidentiæ fuit scaturigo, hæc lerna tot malorum, ab his scintillis odiorum incendium est ortum. Merum mel & rosas sparferat triumphus iste; gaudiis & gratulationibus faustis exsonabant omnia. Respositinos fellis imbres effudit cacodæmon, & omnem diei hilaritatem foedavit.

O bonæ virgines, quam innocenter peccatis! Veritas parit odium. In castris Saul multa, sed plura præstitit David: Saul manu & consiliis mille jugulavit, David decem millia. Nam certè in uno gigante illo tot millia & plura porrexerunt jugulum, & receperunt ferrum. Qui unam arboris stirpem excindit, plurimos abscondit ramos. Ita simplices istæ Hebræorum puellæ non errârunt elogio Davidis; imò verò liberaliùs eam laudare potuissent: non solum enim multa millia hostium in fugam egit, sed & multis milibus suorum vitam servavit, ampliori laude dignissimus. Interea tamen non negamus, o cantatrices nobilissimæ, cantiunculam vestram aliquâ laborasse imprudentiâ. Fecissetis sanè rectius, si Saulis nomen silulissetis. Res nota: Omnis comparatio, etiam inter pares, odiosa: longè autem odiosissima est, quando viliores summis æquantur aut præferuntur. Quam- ratur.

Applausus & acclamatio poterant, in triumphis epinacium, in cladibus epicedium, in funeribus Iessum canere.

1. Reg. c. 17. v. 51. Inde invidiæ scaturigo.

Omnis comparatio inter pares odiosa: odiosissima cum viliores summis æquantur aut præferuntur.

num invidiæ concitarunt pauculae voces illæ: *Constantinus condidit, Cyrus instauravit.* Narrationem confero ad compendium.

Constantinopoli ædificia complura terræmotu collapsa restaurantem manum petebant. Cyrus architectorum princeps, vir laudatissimus, pace & bello insignis, Præfectus aulæ, prætorio, urbi, patriis, consularis, dux belli; quidquid intra urbem movente terrâ prociderat, non tam instauravit, quàm sepultum in augustiorem formam excitavit, ex quâ re sicut apud cives magnam gratiam collegit, ita apud Imperatorem Theodosium Iuniorem, non mediocriter offendit. Nam cum Theodosius ludis equestribus, de more præsideret, & populus novâ urbis specie delectatus ideniudem acclamaret: *Constantinus condidit, Cyrus instauravit,* vulneratus his vocibus Imperator, Cynum non solum publicatis bonis in ordinem redegit, sed in Clericum attonsum Smyrnæ non alio animo misit, quàm uti per speciem quidem pontificatum ibi gereret, reverâ autem ut ab improbo populo, qui jam quartum episcopum interfecerat, mactaretur. Speciosum profectò & aulicum stratagemata. Hanc verò tragediam pauculae populares illæ voces concitarunt: *Constantinus condidit, Cyrus instauravit.*

Ita famulum regium, juvenem pastoritium præferre regi grande visum est piaculum. Hic diabolus tam luculentos excitavit ignes, qui aded convallescebant, ut demum sanguine fuerint restinguendi. Porro in hoc Saulis triumpho tria sunt paulò pensiliculus cogitanda.

§. II.

I. Saul quæsit, quis esset David? oblitus certe quem anno priori habuisset armigerum & musicum primarium. Diversæ assignantur causæ. Cum autem scriptor divinus rem exigui, ut videtur, momenti diligenter ac perquisitè conscripserit, aliud fodiendum; latet hic monitum nobilissimum: singulare gratiam nemini sperandam ab ullo mortali ob impensa obsequia. Memoria beneficiorum labilis, infirma, tenuis, sæpe nulla. Si qua tamen aliquando spirat, quod rarissimum, levis eam omnem offensusiucula dissipat. Fuit qui tam immemori beneficiorum in os diceret: Etiam si te Romam usque patientissimis humeris deportarem, si tamen non quàm placidissimè deponerem, operam gestationis omnem corrumperem. Nimis quàm facile est, collectam diu gratiæ læsione tenuissimâ effundere. Nemo unquâ apud suos seu majores, seu præsidis, sua jactet beneficia, nec quidem mutiat de illis. Optimates & principes nulli famulorum volunt videri esse obstricti. Famulus es? fac quod potes, age fideliter & sedulò, hæc tuo domino debes: officium est, non beneficium; debitum est, non meritum. Homo aulicus pueriliter cogitat suum sibi principem reddere obnoxium benefactis. Saul à maligno genio sæpius est liberatus, Davide fidibus canente, & tamen post elapsos aliquot menses ignorat, à quo beneficium istud accepit. Sed dicat: Infinita alia mihi cogitanda sunt; tanta varietas & multitudo famulorum memoriam facile confundit. Non agrè hoc regi dederò. Sed ob paucula puellaris cantilenæ verba, famuli fidelissimi sanguinem & vitam petere, non memoriæ lapsus, sed perfidi & ingrati animi scelus est. Nullus igitur sua vel obsequia, vel beneficia, principibus, aut dominis, jactet. Asperum hoc exprobrandi genus est. Christus nos ad modestiam erudiens: Cum, inquit, feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Nemo ambitiosè

Tom II.

A aut anxie sui memoriam, aut ullius hominis favorem & gratiam aucupetur. *Fallax gratia & vana est pulchritudo.* Divinis favoribus plerunque se indignum gerit, qui humanos tam cupidè exambit, & æquum peccati supplicium est, ut humanam gratiam perdat, qui divinam non desiderat. Pulchelli homines, quàm sæpe fallimur, qui principibus nos mirè placere credimus, & quaeritur: *Quis est iste? Nolite considerare in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.*

II. Alienis semper inimica successibus invidia, demum ipsa suum bibit venenum. Audito rex puellarum carnine, irâ & invidiâ in David tumere coepit. *Non rectis ergo oculis Saul aspicebat David à te illa & deinceps.* Invidiâ prælusit ita. *Datus est autem Saul David decem millia, & mihi mille dederunt, sum ei superest nisi solum regnum?* Non defuerunt, putem, homines, politici livoris pleni, qui regi adhibere facies, res Davidis extenuarent, tectis eum vituperiis calcarent, ut illum amoliratur ab aulâ, idque specie tuendi regni. Permittit natura sui defensionem, sed prohibet alterius injuriam. Esto se servare voluerit rex impius Saul, cur hominem de se totoque regno quàm optimè meritum & innocentissimum rapit in invidiam? Non rectis oculis Saul aspicebat David. Ex invidiâ hac natum capitale odium. Quàm nescit Saul regnare? Senecæ cothurnus docet: *Ars prima regni est posse te invidiam pati.* Non minus verè dicamus: *Ars prima est cœnobiorum, aularum, Xenodochiorum scire pati invidiam.* Hic varrè delinquimus: In invidiam vocamur & vocamus, alternâ laboramus invidiâ. Et licet in invidiam trahi crudele nobis & intolerabile videatur, alios tamen in invidiam trahere tam facile nobis est, quàm facile vulpes pyrum comedit. Invidia vetustissimæ nobilitatis malum est; in aulis, ut aiunt, nascitur; in cœnobiis educatur, in Xenodochiis moritur, reviviscit ubique, sed non proinde cœnobia, aulæ, Xenodochia continuò execranda sunt. Animum Davidis æmulemur, & æmulos omnes superabimus tollerando. Nec enim plus nocebunt, quàm æquissimum rerum arbiter volens permittat. Invideri non nemini potest invidere nulli. Invidetur autem commodis, honoribus, felicitatibus alienis. Sed istis David non terretur, qui Deo nititur. Invidus sibi ipse quàm plurimum nocet. Nam *invidia, ut Annae loquitur, virus est, quo alios spargitis, vos ipsos necatis.* Invidia humanæ mentis Tartarum est. *Nec ramentum, ut Prosper ait, justius quidquam invidiâ, quæ ipsa suum auctorem excruciat & perimit.* Invidiam ferre aut fortis aut felix potest. Is porro felicissimus est, qui divinæ voluntati ac providentiæ se rotum permittit.

§. III.

III. Hoste uno exarmato ad plurimum victoriam facilior sit gradus: Goliatho cæso, ita Philisthæi omnes jugulati sunt, perinde si omnium capitata in uno Goliathi corpore sterissent. Vti suos quique patimur manes, ita suo quisque velut nativo & perquam familiari trahimur & implicamur vitio. Hos avantia ad omnes tenacitatis sordes impellit, illos contaminat libido, istos adurit invidia: sunt plurimi, quos stimulat iracundia, non paucos ambitio ad omne scelus animat; quosdam pusillanimitas fatigat, innumeris dominatur gula; sunt quos sibi mancipet pigritia. Hi nostri sunt Goliathi, cum quibus committimur. Quisque suum noverit hostem, cum quo dies noctesque digladietur. In hunc unum collineemus, adversus unum hunc vires convertamus omnes. Tu

Yyy

tuam

tuam expugna avaritiam, tu tuam doma libidinem, tu gulam frena, tu superbiam debella, iracundiam tu vince. Invidiam tu regunde, tu pigritiam propelle, quisque suum sternat Goliathum, in hunc unum omnes jaculetur filices: in familiarem hunc & inquilinum hostem machinis omnibus eundum est; hoc debellato robor hostile universum ruet. Tanti est vel unicum familiare vitium probè subegisse; in equilibet seipsum vincat, in quo maxime peccat. Huic victori accinunt beati Genii: Percussit David decem millia. An non qui unicum Abfalonem è querqu pendentem triplici conto perfodit, totum ejus exercitum exarmavit? An non qui Sebam populi adversus David concitatore[m] occidit, bello finem imposuit? Qui roborem à Daniele visam succidit, annon universas volucres & bestias ab illà hospitas fugavit? Ita, mi Christiane, in tui Goliathi frontem commensum dirige lapidem, unicum in te vitium, quòd tibi ceteris familiarius, & ideo infensus ac nocentius est, viriliter expugna; & pænè vitiatorum verbam vicisti, *Apprehende arma & scutum, & exsurge in hostium paorum principem: sternit Goliathum, & grandem debellasti exercitum.* Non est gloriosa victoria, ubi laboriosa non fuerit pugna.

Ps. 34. v. 2.

CAPVT VII.

*David Ionathæ vestibus amicitur,
Saulis lancea petitur.*

Nil tam commo- dum quòd non habeat sua incom- moda.

NATVRA in hominem tam benefica est, quod unà in in re negat, in alià sanè liberaliter cõmpensat. Quibusdam tantò acutiorem dat auditum, quantò visum hebetiorem; sap quod viribus subducit, ingenio addit; linguam aliquibus in promptam, sed intelligentiam largitur expeditam; nonnullis minus formæ, plus prudentiæ concedit; multis memoriam aut ingentum negat, sed eis robor ac la-certos tribuit, quantò scilicet negandis istis contractior, tantò dandis aliis benignior. Idem regionibus ac provinciis evenit; sunt quæ vino taceant, sed frumento abundent; sunt quibus abundans vinum est, sed frumenti modicum; sunt quæ metallorum jactent opulentiam, in aliis penuriam fætantur; sunt plurimæ provinciæ, quæ metallis egeant, sed pisce & pecore triumphent. Ita Deus nobiscum agit, hinc erigit, hinc deprimit, solatur & punit, ditat & depauperat, vulnerat, & medetur, redigit in ordinem, & extollit ad summa. Providentissimè miscet hæc omnia Deus. Quod in Naamano est cernere. *Erat vir fortis & dives, sed leprosus.* Nil usquam ad eò tam commodum est, quin sua habeat annexa incom- moda.

4. Reg. 6. s. v. 1.

David in aula Saulis mixturam amicitia & odii expertus est.

Hanc mixturam David in aula Saulis nimium quantum expertus est. Ionathas regis filius, Davidem ut animam suam amavit, rex parens eundem voluit occisissimum; Davidi regis filius benevolentiam & fidem summam præstitit, rex Pater Saul malevolentiam & invidiam extremam in hunc ipsum evomuit. Ita Deus solet agere; his mixturis vitam humanam temperat. Eripit & reddit; lætitiã perfundit & tristitiã, affligit & reficit, ne nimium subsultemus, & velut exhilaratæ pecudes lasciviamus; ne tamen nimium deiciamur animis, mediã eundum est viã, & assidue Deo inhærendum. Hoc ar- tificio usus est David, qui & Ionathæ amorem & Saulis odium velut è manu Dei obviis ulnis accepit. Ionathas tanto Davidis amore arsit, tam intimum illum habuit, ut seipsum exuens juvenem charissimum sui corporis cultu amicaret; Saul porro Davi-

Quam vel- ut è manu Dei obviis ulnis accepit.

dem tantis persecutus est odiis, ut jacta lancea eum petierit, parietem confixurus. De hac amoris & odiorum mixturâ, de hac Ionathæ in Davidem benevolentia, & Saulis invidiã jam differemus.

§. I.

A Congressu cum Goliatho obtentaque victoriã, & colloquio cum Saule prudenter habito, David in omnium medullis ac visceribus hæsit. *Acceptus i. Reg. 1. 18. erat in oculis universi populi, maximeque in conspectu famu- v. 5. lorum Saul.* Ionathas tantã Davidis charitate flagra- vit, ut visus sit unus animus duo habitare corpora. *Anima Ionathæ conglutinata est anime David, diligebat enim eum, quasi animam suam.* Non est arctior in Orbe amicitia, quàm corporis & animi. Huic simillimus fuit amor Ionathæ adversus David. Parentem Saulem & filium Ionatham dissimillimo fuisse ingenio oportet. Pater victoriam & laudem Davidis suam sibi injuriam & ignominiam interpretabatur. Filii triumphum & encomia Davidis haud aliter accipiebat, atque si ad se omnino pertinerent. Neque enim Davidis animam à sua censebat esse diversam, cum non minus in illius corpore, quàm in suo viveret. Atque hic Platonis dictum valuit: *Amans in proprio corpore mortuus est, vivit in alieno.* Hinc fit, ut qui verè amant, amati incommoda graviter ferant, de suis parum laborent. Sic Arria motitura dixisse fertur non dolere vulnus, quod sibi adacto in pectus ferro intulerat, sed illud fore acerbum, quod sibi metus atque conjux illaturus esset. Hunc amorem vates Bilbilitanus ita canit:

Castra suo gladium cum traderet Arria Pato.

Quem de visceribus traxerat ipsa suis.

Si qua fides, vulnus, quod feci, non doler, inquit,

Sed quod tu facies, hoc mihi Pate doler.

Hæc vis est amoris, qui amantis sensus & animum in illius, quàm amat, transmittit corpus. Ita Ionathas Davidem tanquam animæ suæ dimidium, & velut alterum se amabat. Hinc amorum animæ in unam coalitæ & conglutinatæ dicuntur.

Porro rex pater dissimillimi fuit ingenii à filio. Et dubites certè num parentes odium, an filii amor vicerit certando. Huic amon testando Ionathas suam animam, suas delicias paganã veste tegi noluit. Suis ergo vestibus se spolians in hominem amantissimum eas transtulit usque ad baltheum. *Inierant autem David & Ionathas sedes.* Quod nonnemo miretur, regem cum pastorio juvene ignoto, tam facilem inire amicitiam. Verùm ubi se virtus præbet spectandam, illuc jucunda est amoris via, nec difficulter sibi homines conciliat amicos, qui amicum habet Deum. Talis erat David, virtute ornatissimus, Deoque conjunctissimus. Quid mirum si homines virtutis & Dei amantes amicitia sibi devinxit? Deinde similitudo amorem sibi parit & conjunctionem facillimè, quicquid sibi querit sui similem. Vterque tam Ionathas, quàm David animo generosus, manu strenuus, honesti amans, minimè invidus, verè religionis propugnator, virtutis ac Dei cultor. Hinc animorum pro-na consensio. Hinc spoliavit se Ionathas tunica suã, quã erat indutus. Non tantum superiores suas vestes Davidi dono dedit, sed & reliquas, ita ut David exuerit pastorem & induerit principem, nec vestes tantum, sed & arma, gladium, arcum, baltheum à juvene regio accepit. Baltheus militare fuit cingulum; quod ablatum, exauctorati militis erat argumentum. Hoc Christianis militibus probri causã læpe contigit. Balthei pro personæ dignitate, bullis argenteis, aureis, gemmeis insigniebantur. Trebonius Pollio gemmatum baltheum gestavit. Salo-

Marialis lib. 1. Epi. gramm. 4.

Qui Deum habet amicum non diffculter sibi homines conciliat amicos.

David vestes Ionathæ dono accepit.

nus Elinii Pollionis filius, qui natus puer continuo ruit, auratos constellationisque baltheos sublegisse dicitur. Vetusti planè usûs erant hi Balthei. Nam & Jobus mentionem horum faciens, Baltheum, ait, regum assolvit, & praeingit fune renes eorum. Jonathæ regis baltheus ab arte & materiâ urique pretiosus, stellatus gemmisque radians, donum illustrissimum, & inter hæc quidem dona maximum fuit, amoris maximi argumentum, idcirco loco ultimo nominatur.

Potuisse Jonathas donare torquem aut craterem aureum, aut marsupium auro factum. Nil horum in donum placuit; vestes dæo voluit, nec unam tantum ob causam. Prima: ut inde David primarii amoris indicium conjectaret, sequere sciret perinde Jonathæ præcordiis, quemadmodum vestimentis regi. Altera: Davidem à Jonathâ plûs amari, quàm Jonathas amaretur à seipso. Tertia: Ut tale favoris eximii monumentum esset, quod Davidis oculis identidem obiceretur. Quarta: Hoc donum justit ampliora & optima quaque sperari. Quinta: Moras non tulit amor dum minus aliud pararetur, id quod obvium & proximum erat, è vestigio donavit. Sexta: Volebat Jonathas seipsum in Davide, velut in speculo, videre.

Verùm quantò majore Jonathas Davidem compleplexus est amore, tantò eum graviore Saul persecutus est odio. Ambitio & invidia artificiosæ proles forores, & ipso pæne diabolo artificiosiores. Saul non tantum à cacodæmone, sed à geminis his furis incredibiter exagitatatur. Nam eò regem impium furia illæ impulerunt, ut juvenem nemini non charissimum perimere cogitaret. Erubescere autem palatinis famulis id facinoris imperare: aut licet impudentissimus fuerit, nescire tamen non potuit, non faciliè quemquam inducendum, ut hoc flagitium designet in tam charo capite. Ergo, inquit, si familiaris desit manus, ego illius carnifex ero. Ne mihi tamen hæc cædes probro, si juguletur insons, hoc stratagematis usurpabo, & configam parieti. Ita factum non mihi, sed insaniæ meæ adscribetur. Facta hæc omnia, sed stratagema non successit, David lanceæ jactum agili corporis flexu declinavit.

Saul invidiâ occæcatus, non id Dei providentiam, sed casum & fortunam interpretatus, fatalem hunc lusum denuò luit. Tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans quòd configere possit David cum pariete: & declinavit David à facie ejus secundo. Ita & repetitum quoque facinus successu caruit. Tertium ergo homicidium rex impius moliti statuit, sed certè nec sine specioso varramento. Cùm enim cogitatum scelus, bis secus cessisset, videbatur impius rex redire ad se, & dolere, tantquam sibi inscio & invito hasta fuerit clapsa. Sed aliam iterum larvam Saul induens: Amovit eum à se, & fecit eum tribunum super mille viros. Pulchrum homicidii mantelum. Chiliarchus constitutus est David, ut periculis obiectus tantò citiùs periret. Hoc enim Sauli pronissimum cogitare: David juvenis amans gloriæ, & spartam, quam nactus est in Goliatho, tueri ac ornare volens, ad belli discrimina impigrum se præberet, & peribit. Nec enim omnibus horis Mars cuique felix est. Occidetur, quo non putaverit die. Interitûs culpam mihi nemo impinget. Sed & hic actus nihil processit. Nam in omnibus vis suis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul, quod prudens esset nimis, & cepit cavere eum. Omnis autem Israël & Juda diligebat David; ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Quartam igitur sanguinariam fallaciam impius rex adhibet. Spondet filiam natu majorem in conjugem, sed eâ lege, quæ raptura sit caput David ante nuptias. Fœdus igitur nuptiarum statuens illud: Ecce, inquit, filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem, tantummodo esto vir fortis, & preliare bella Domini. Sua-

Via verba, sed animus amarissimus, felle plenus. Quod è sequentibus monstratur. Saul autem reputabat dicens: Non sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philistinorum. Perinde si dicat: Dummodo, non cadat meo gladio, licet meo consilio. Videte, ut facinorosus princeps mortiferis criminibus nova identidem neccat, & propudiosam faciat scelestam catenam. Ita fieri solet, si quis audeat vel unica letali noxâ Deum lacerare, brevi alias atque alias audebit primis addere. Subtrahit Dei gratiâ in omne nefas ruimus, scelera sceleribus augemus nequissimâ constantiâ. Et qui labi potuimus à nobis ipsis, non ita possumus à lapsu refurgere. Cave primam lethalem culpam, qui metuis multas. Diabolus semel præcipitatum, jam usque & usque & usque in veritum rapit ludibrio miserabili. Ita Saul homicidia homicidiis jam destinatis cumplavit. Grandiorem natu filiam in conjugem spondit. Nam à

Siris & Hebræis adultiores priùs ceteris nuptum elocari solebant. Conjugium utrimque pœdicit, nam amor pares aut invenit, aut facit. Nuptiis jam constitutis scelestus rex fidem promissi frangit, & Nam Merob in matrimonium alteri tradit. Ita, de facili justitiam negligit, & in fide non stetit. An non istud gravis injuriâ, turpis contemptus? Hoc certè Samsonem ita exacerbat, ut vineas, olivæ, segetes incendit, & Philisthæos mille jugulaverit. Quæsitum, quis hoc fecisset? Dicitur est: Samson: & addita causa. Quia Thamnathæus, qui filiam suam in uxorem illi promiserat, alteri eam tradidit. Ascenditque Philistum, & combusserunt tam mulierem, quàm Patrem ejus. Quibus Samson insuper miratus. Licet hæc feceritis, inquit, tamen adhuc ex vobis expectam ultionem. Eandem hanc passus injuriam David, nil tam inspiravit vindictæ. Hic ego vociterari possum: Memento Domine David, & omnis manus vestrae est. Subinde pueriliter queritatur nos affligi Modicæ sunt læpæ ac delicatæ afflictiones nostræ, si eas conferamus ad serias istas, & perimagnas. Virgîs nos cædit Deus, sed jam detritis, manu percutit, sed planâ, & parente. Sunt quos baculis, fistibus, flagris contrundit. Verùm si Davidis ærumnas numeremus, vixdum initium earum spectavimus. Atrociora multò sequuntur. Vix hæcenus prolusum est tetrioribus, quæ sequuntur, calamitatibus. Capitales insidiæ Davidi structæ videri possunt facietia & astutia alicæ prout longa acerbiores addentur ærumnæ. Sed hic triplex instillat David documentum. Agnosce providentiam, cedæ iræ, invidiam avertere.

I. Agnosce Dei providentiam omnium aberrationis experientem, quæ mortificæ Saulis invidiæ, amorem summum Jonathæ conjunxit. Nam expoliavit se Jonathas tunicâ, quâ erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium & arcum suum, & usque ad Baltheum. Ut sciret David à Jonathâ se magis amari, quàm seipsum amaret Jonathas, qui Davidem velut alterum se ab omnibus voluit honorari. Non enim sua solum vestimenta, sed sua etiam arma omnia illa donavit. Ita Deus cum suis agit, unâ manu ferit, ungit alterâ. Quod & natura passim facit facit in rebus conditis. Pampini tuentur botros, ne à sole violentiùs lædantur & putrescant. Idem officii præstant arborum fructibus frondes & folia; pictor qui exteriores ædium parietes expingit, in sole quædam penicillum movet, sed crassum velarium habet, quo solem arceat; subinde vermiculi fructus, oleraque infestant, sed illos aviculæ, aut immittior cæli aura jugulat; ubi sentit natura vulnus, ibi plerumque applicat malagma. Ita Deus misericordè agit, percutit, & sanat. Hebræum Vatem Jonam in fluctus spargi permisit, sed unâ etiam piscem grandem præparavit, qui esse videbatur hostis, & erat Serrator; cetum hunc dixisset Jonæ tartarum, & erat

tutissimum asylum. Fidelis Deus est, qui non patitur nos tentari.

Subtractio gratiæ quantum malum.

Saulis infidelitas erga Davidem.

Thamnathæi erga Samsonem. Judic. c. 15. v. 6. & 7.

Psalm. 137. vers. 1a.

Triplex documentum.

1. Agnosce Dei providentiam. 1. Reg. c. 18. vers. 4.

Naturæ beneficium erga res conditas.

1. Cor. c. 10. vers. 13.



tentari supra id, quod possumus, sed facit etiam cum tenta-
 tione proventum, ut possumus sustinere. Divinam hanc me-
 thodum expertus est David, quem Saul pater extre-
 mis odiis infectatus est; hunc filius Jonathas amore
 ardentissimo complexus est. Et qualis illa Dei fuit provi-
 dentia: Peritissimi sceleris telum David non se-
 mel levi corporis flexu declinavit. Cogitabat Saul:
 Evaserit meus sicgen primâ vice, non evadet alterâ.
 Evasit certè & alterâ. Quàm & illud luculentum provi-
 dentia divina fuit specimen? Omnia Saulis moli-
 mina in Davidis cædem vergentia, in ampliore ei
 felicitatem ac gloriam cesserunt. Ab his odiis commen-
 datior omnibus & charior effectus est David: *Omnis*
Israël & Iuda diligebat David. Cur autem nos non ea-
 dem experimur? Genuinam, mi Lector, causam
 accipe: Nos Deo non eodem modo fidimus, nec
 in omnibus, uti David, divinam adoramus provi-
 dentiam.

Saulis odia
 in amplio-
 rem Davi-
 di gloriam
 cesserunt.
 1. Reg. c. 18.
 vers. 16.

2. Cede
 ira.

Prov. c. 15.
 vers. 1.
 Homo ira-
 cundus est
 fugiendus.

II. Cede ira. Lethalem lanceæ jactum exivit Da-
 vid declinando. Quot jurgia, quàm fœdas lites, quot
 rerum damna facile vitaremus, & sciremus submitte-
 re nos & declinare furiosos aliorum impetus, iramque
 alienam molli sermone aut silentio mitigare. Silere po-
 tuisse, infinitas composuit rixas: *Sermo, præsertim du-
 rus, suscitatur furor.* Prudentis est, declinare ictus, &
 minantibus plagis se subducere, hominem iracundum
 non respondere tonan-
 ti. Nos sæpe contra facimus, ingerimus nos, & plagis
 exponimus volentes; uti olim discurrentibus lupercis
 gravida sese offerre verberandas: ita nos amamus
 verbera, & volumus cædi; vultum importunum osten-
 dimus, & contra intuemur, audacter in os oblitimus,
 & certamus vociferando sic adversarium jam antè
 concitatum & futentem magis progitamus, nec decli-
 namus ictus, sed excipimus, & rependimus cum fe-
 noxe; in promptu sunt dicta actia & virulenta, quibus
 injurias non tam arcemus, quàm accendimus: quisquis
 nos vel minimum offenderit, accerrimè vindicamus;
 nullam vel brevissimam quidem errati gratiam facimus,
 nec verbulo damus veniam. Hoc, ô boni, non est de-
 clinare ictus, sed iis se ultro ingerere. *Bene-
 Excusatio perfecta, testimonium conscientia.* Quid lucta-
 mur & oblitimus? Bona conscientia præterè pluri-
 ma silentio refutat.

3. Ambitionem &
 invidiam
 avertere.

Chrysof.
 hom. 46. in
 Genes.
 21.

Duplex
 morbus
 ambitio-
 nis & in-
 vidia, in
 Saule.

In Philip-
 po Mace-
 done.

III. Ambitionem & invidiam avertere. Vitia duo
 nequissima, diaboli veneno-plena. Saul Davidem sæ-
 pius occisum voluit, & in eam molitionem crebras
 vitæ ac capiti struxit infedias, quas tamen tam gallidâ
 textit crudelitate, ut ea omnia fieri amore possent vi-
 deri. Jam verò cogitationes illius pessimæ, cruenta
 consilia, truculentissimæ machinationes, universo pa-
 tent Orbi. Ita prorsus quidquid in nos mutuis moli-
 mur odiis, supremo judicii die patebit. Apertissima
 erunt omnibus vel abditissima pectorum secreta. De
 re præsentis differens Chrysoctomus: *Quem oportebat,*
inquit, ut benefactorem & Salvatorem agnoscere, eum que-
rebat interficere. O excellentem insaniam, ô stupor magni-
tudinem. Sed mente obtenebratus ab invidia, perinde atque
ab ebrietate, benefactorem, ut hostem spectabat. David &
 vitam & regnum servavit Sauli, in hostimentum &
 gratiam regalem, mors illi paratur. Sic ambitio & in-
 vidia, maleficiis compensantur beneficia. Ubi duplex
 hic morbus est ambitionis & invidiæ, uti in Saule fue-
 rat, ibi æger insanire, furere, præcipitare, omnia pes-
 sum & in perniciem dare consuevit. Alterius fortuna,
 lucrum, gloria, successus, ambitioso & invidio mæror
 & mors est.

Philippus Macedo, quem Demosthenes cum curâ
 expingit, tam insignitæ fuit ambitionis, ut quidquid
 uspiam in ejus regno præclarè gereretur, ipsi fuerit
 adscribendum: ducibus suis rem fortiter ac strenuè

A gerentibus magis indignari solebat, quàm ignavis ces-
 satoribus, qui multa corruptissent imbelli metu ac
 locordia. Alexander filius, parenti sæpe non impar
 hac geminâ peste. Nam, quod Curtius prodit, Ale-
 xander hostes vinci voluerat; Antipatrum vicissè; ne
 raxius quidem non indignabatur, suæ demprum glo-
 riæ existimans, quidquid accessisset alienæ. Ta-
 lis profectò ex asse Saul malignus & invidus. Sauli si-
 millimus Assyriorum rex, qui teste Xenophonte, Go-
 bria in venatum assumptis, qui se illo peritorem in
 equitatum credidit. Oblatam sub initium venationis
 ursam telo petiit sed casto; Gobrias certissimo ja-
 culo feram prostravit. Invidiam rex dissimulavit. Ve-
 nientem pari modo leonem sagitta regia non læsi,
 Gobria terigit. Hic rex secum nescio quid dirum mus-
 sitans, lanceam scelliti eripit, eaque transfudit Go-
 bria. Nimirum invidia cæca, præceps, furiosa est.

In Alexan-
 dro ejus fi-
 lio.
 In Assyrio-
 rum Rege.

B In Saule id luculentum. Excæcatus, amens furore ca-
 patus rex, dolet tam feliciter regnum suum Davidis
 dexterâ servatum, ideòque cupit optimè meritum
 morte sublatum. Jure terreat, quod Gregorius Naz-
 zianzenus dixit: *Invidia non solum multos, sed & optimos*
tangit. De eadem Chrysoctomus: *Invidia, inquit, dia-*
bolus summe, cuncta bene gesta consumit. Videte, Chri-
 stiani, & cavete, ab omni vel invidiæ umbrâ. Invidus
 tam cæco furore agitur, ut sibi primus, & plurimum
 noceat. Jonathas & David ideo corde amabant inter
 se, quia nihil eos adurebat invidiæ. Charitas non
 æmulatur.

Chrysof.
 tom. 41.

C A P V T VIII.

Despondetur Davidi Michol.

ALEXANDRVM Macedonem ab Anno Se-
 necâ præbrioribus vituperatis affici, quàm eno-
 miis nemo miretur. Alexander facinora edidit non
 pauca, quibus ingentes laudes, robore militari partas
 turpiter corrumpit, & extinxit. Inter illa & istud nume-
 rantur. Clitus Alexander servum fidissimum, mili-
 tem animosissimum suâ ipsè manu jugulavit. Factum
 herile non regium. Clitus miles veteranus, & genero-
 sus sub Alexandri Patre Philippo fecit stipendia, jam
 ob virtutis ac fortitudinis famam in laude positus.
 Alexandro certè servavit vitam, cum Rhofaci manum
 capiti regio imminetentem, ferro amputavit, regem cly-
 peo textit. Cliti soror primos Alexandri annos ad mo-
 res, & virtutem formavit aulæ præfeci. At nullius rei
 facilius quàm beneficiorum oblivio.

Curr. lib. 4.
 cap. 3.
 Alex. Pa-
 cinus quo
 illa quem
 extinxerat
 modo re-
 suscitatum
 volebat.

In convivio cum Alexander jam temulentus inca-
 luisse vino, & Clitus Philippum Alexandri patrem
 paulò intemperantiùs, gestaque in Græcia bella, præ-
 sentibus priora præferens commemorasset, rex ebrius
 & impotens animi & iræ, procurrit in regiæ vestibulum,
 & vigili excubanti hastâ ablatâ, consistit in adi-
 tu, quo necesse erat iis, qui simul cenaverant, egredi.
 Abierant ceteri, Clitus ultimus sine lumine exibat.
 Quem rex, quisnam esset, interrogabat. Eminebat
 etiam in voce, sceleris, quod parabat, atrocitas. Et
 ille jam non suæ, sed regis iræ immemor: Clitus
 esse, & de convivio exire respondit; hæc dicens
 latus hastâ transfixit, morientisque sanguine asper-
 sus: I nunc, inquit, ad Philippum, & Parmenionem,
 & Attalum. Malè humanis ingeniis natura
 consuluit, quod plerumque non futura, sed trans-
 acta perpendimus: quippe rex postquam ira mente
 decesserat, etiam ebrietate disculsâ, magnitudinem fa-
 cinoris serâ æstimatione perspexit. Videbat tunc im-
 modicâ libertate abufum, sed alioqui egregium bello
 virum, & nisi erubesceret fateri, servatorem sui
 occisum

Causa cur
 Clitus ab
 Alexandro
 trucidatus.

Facinoris
 ponitur
 Alexan-
 drum.

occisum. Detestabile carnificis ministerium occupaverat rex, verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat toto vestibulo cruor paulò antè conviva: Vigiles attoniti & stupentibus similes procul stabant, liberiorémque pœnitentiam solitudo exciebat. Ergo hastam ex corpore jacentis evulsam retorfit in semet, jamque admoverat pectori, cum advolant vigiles, & repugnanti è manibus extorquent, allevatúmque in tabernaculum deferunt. Ille humi prostraverat corpus: gemitu ejulatúque miserabili totâ personante regiâ. Laniare deinde os unguibus, & circumstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur. Inter has preces tota nox extracta est: scrutantémque, num irâ Deorum ad tantum nefas actus esset: subit, anniversarium sacrificium Libero Patri notè esse redditum stato tempore. Itaque inter vinum & epulas cæde commissâ, iram De. fuisse manifestam. Ceterum magis eo movebatur, quòd omnium amicorum animos videbat attonitos: neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum. Vivendum esse in solitudine, velut fera bestia terrenti alias, alias timentis. Primâ deinde luce, tabernaculo corpus sicut adhuc cruentum erat, iussit inferri: quo posito ante ipsum, lacrymis obortis: Hanc, inquit, nutrici meæ gratiam retuli, cuius duo filii apud Miletum pro meâ gloriâ occubere: hic, frater, unicum orbitatis solatium, à me inter epulas occisus est. Quòd nunc se conferret misera? Omnibus ejus unus supersum, quem solum æquis oculis videre non poterit. Et ego servatorum eorum latro revertar in patriam, ut ne dexteram quidem nutrici sine memoriâ calamitatis ejus offerre possim? Et cum finis lacrymis querelisque non fieret, iussit corpus ablatum est. Rex triduum jacuit inelusus. Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt, universi in tabernaculum irrumpunt: diùque precibus ipsorum reluctatum, agrè vicerunt, ut cibum caperet. Ita Alexander eundem, quem modò occiderat, modò resuscitatum volebat.

Hunc lusum cum Davide Saul ludit sapius. Repetitis namque vicibus Davidem lanceâ confingere moliebatur. Sed dextra Numinis, volans ferrum semper avertit. Post toties cogitatum cædem, mox iterum velut facti pœnitens favorem simulabat, heu! minime diuturnum. At verò Clitum inter & Davidem ingens discrimen. Uterque quidem de domino & rege suo præclarè meritus, sed multò præclarissimè David, non de rege solum, sed de regno universo. Clitus libertate oris procaciorè malum sibi accersit. At verò David furiosum regem nec verbulo læsit; hoc tamen unum agebat Saul, letho dare Davidem. Cum cruenta fraudes non è voto succederent, alias ex aliis insidias tam funestas, quam rectas excogitavit. Ita post iniquissimè negatam Merob filiam natu majorem, Michol ei minorem natu despondere iussit, sed non alio profus consilio, quam ut eum vitâ expelleret. Quod hoc capite tradendum explicatiùs.

§. I.

N Ecdum invidia Saulis molliti ullo modo, aut tranquillari potest. Fuit etiânum in Davidem, cujus hoc maximum erat zelus, insidias evasisse. Negatâ igitur perfidè adultiorè filiâ, natu minore Michol promittit conjugem, eâ tamen conditione, ut priùs centum Philisthæos occidat, quam hymenæum canat. Non minus crudeli astu has nuptias pollicitus Saul: Dabo eam illi, ait, ut fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum. Finis pessimus, intentio longè depravatiùs, sub nuptiarum velo homicidium. Atque ut fraus tantò esset rector, famulos suos Saul com-

Apellans: *Loquimini, ait, ad David clam me, dicentes, Ecce places regi, & omnes servi ejus diligunt te. Nunc ergo esto gener regis. His auditis David, suæ mansuetudinis ac modestiæ neutriquam oblitus: Ego autem sum vir pauper & tenuis. Vini iustitiani filius, nullarum opum, generis, obscuri, sanguinis non regis, & quomodo in regis generum attollar? Sapuit David. Nam qui magnum nomen expectit, perpetuas expectit excubias. Et videte sapientissimi juvenis submissionem. Stirpis erat nobilioris quam Saul, qui ortum traxit è tribu Benjamin, ob turpissimum scelus pœne jam extinctâ. Et quæ Michol, quis tandem Saul erat? an non parentis sui agationem egit, & asinas quæsit? Quid igitur ad eò se contrahit David? Modestus erat & animi abiecti, alioqui promptè dixisset: Res meas cum Saulis laudibus compono, exæquor illi, aut præferor. Nil horum David mutuit. Nam potentes & humiles ab origine suâ viliori nunquam oculos abducunt. Et credibile Davidem jam in solium evertum pristinæ conditionis suæ nunquam oblitum. Neque verò aenium aliquid à Davidis ingenio & modestiâ cogitaret, qui crederet antiqui status instrumenta, tanquam prioris fortunæ monumenta ab ipso fuisse conservata, ut cum regem se videret, pastorem se fuisse meminisset, & cum ornamenta deliciae quæ regis demulcerent, ad memoriam revocaret silvestrem cibum, cibarium panem, fatuas sicomoros, quas in Thecuano campo vellicarat: item pelles, pedum, saga, petasum, quæ Davidem opilionem tegebant. Hæc illi factis erant antidota. Ita & Agathocles, qui ut pristinae fortunæ semper recordaretur, & patre figulo se natum nunquam non meminisset, abacos non argenteis aureisque vasis onerabat, sed fictilibus, quibus assidue ad memoriam suæ originis juvandam utebatur.*

C Modestissimo Davidis responso ad Saulem relato, rex iterum suo nomine renunciari jubens: *Sic, inquit, loquimini ad David: Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis.* Humanissima verba, sed patricialis apinus, amicissima frons, sed colubrinum tergum. Nam addit sacer historicus: *Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.* Hic nemini mirum videatur dotis aliquid exigi à viro. Hebræo more ritique gentis contrahebant matrimonium coemptione; vir uxorem, uxor emebat virum: Si sola vir pecuniam expendisset, emisset ancillam; si uxor sola, emisset servum. Ideo conferendi utriusque nummi, aut rerum pretium, agri, vineæ. Oleas sponsam emit tritico, Jacob geminato servituti septennio, Labani filias Rachelem & Liam coëmit; ita Micholem David coëmit vitæ discrimine; Ecclesiam Christus sanguine. His nuptiarum pollicitis speraverat Saul inescandum David, ut ingarus & præferox irruens in hostem, ab hoste opprimeretur. Sed nec iste sanguinarius dolus successit. **D** *Et quæ sapienter Deus consilia tam prava evertit, ut in suam eadeant auctorem!* Sed & Michol fidior fuit marito, quam parenti. Non multum ab simili astu Antiochus Cleopatram filiam junxit Ptolemæo, ut aditum sibi strueret in alienum regnum. Sed Cleopatra maluit Ptolemæi uxorem, quam Antiochi filia videri; in partes conjugis concessit, non patris. In rem locutus Daniel: *Poner faciem suam, inquit, ut veniat ad tenendum universum regnum ejus, & recta faciet cum eo; & filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud: & non stabit, nec illius erit.* Idem evenit Sauli, quamvis enim altitissimè vitam & sanguinem Davidis peteret, cruentis tamen ausis excidit. Centum Philisthæorum præputia petiit. Quam vaser est diabolus! Vix callidiùs Saul dotem postulare potuisset, quam hoc ipso modo,

Davidis submissio & modestio.

Pristinæ conditionis semper memor.

Sic & Agathocles.

Saulis humanissima verba, sed patricialis apinus, amicissima frons, sed colubrinum tergum.

Michol fidior fuit marito, quam parenti.

Dele vult capere.

Hanc lulum cum Davide Saul ludit sapius.

Promittit Davidi Michol filiam natu minore conjugem ut veteri homicidium.



qui certam Davidi necem minabatur: præsertim cum certum designaretur tempus, intra quod Philisthæi centum à Davide jugulandi essent. Cur autem non capita, non aures Philisthæorum Saul petiit? Astu hoc nequissimo fecit, ne falleret Saul, & fortè obvium quemque Hebræum ad cælum raperet, præcûmque caput in dotis parte numeraret. Sed hæc tam vasa & sanguinaria regis molimina non terrebant.

1. Reg. c. 18. v. 27. & seqq.
 Nam post paucos dies surgens David, abiit cum viris, qui sub eo erant, & percussit Philisthim ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumeravit ea regi, ut esset gener regi. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem. Et vidit Saul, & intellexit, quòd Dominus esset cum David. Michol autem filia Saul, diligebat eum. Et Saul magis cepit timere David: factusque est Saul inimicus David cunctis diebus.

§. II.

David impavidus pugnat & affert Sauli dotem petitam.

EN Davidis animum profus impavidum. Audet, congredditur, pugnat, vincit, triumphat. Et forsân ad populosam Philisthæorum urbem, cum copiis occultas vias insidens ex insidiis subitò profluit, & ducentos Philisthæos mactavit, attulitque, quam Saul petierat dotem. Ita rex non potuit, quin sponsonem ac promissis stare, darètque filiam Davidi conjugem. Sed ò quales nuptiæ capitalis hostis est focer, diadema pridem promissum deest, insidiæ Saulis non cessant. Sed horum nihil metuendum est ei, cui faver Deus. Leo est David; his catellorum latratibus non exterritur. Pugnantem pro se Deum habet: quem hominum formidet?

Hinc invidia Saulis incrementum sumit.

Sed videte, & quæso, noscite Invidiæ genium, quæ radicibus tam firmis fixa, si sinatur incrementa sumere, in immensum crescit, auctibus quotidianis robustior, demum ut certum ligni genus lapidescit. His incrementis invidia Saulis adolebat, seipia quotidie valentior. Tandem, uti avaritia Iudæ, ita invidia regis improbitati erupit in apertum. *Locutus est Saul ad Jonathan filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David.* Hactenus tigris ista, pelliculâ se ovillâ textit, jam larvam ponit, & ex ove fit aper, qui dentes exacuit in lanienam infontis. Tunc Jonathan sortem iniquam miseris, hominis multò charissimi, præmonuit David, cautè ageret, & altero die seipsum tutis latebris custodire, regem denuo meditari cædem innoxio. Se tamen illius causam suscepturum. Fecit quod dixit. Captavit igitur occasionem adeundi patris, & mollia sandi tempora. Cum hilarem, ait Iosephus, ac lubentem offendisset, atque oratorem agere pro David apud patrem: Ne, inquit, pecces rex in servum tuum David, quia non peccavit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum. & fecit Dominus salutem magnam universo Israël. Vidisti, & letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio interficiens David, qui est absque culpa?

1. Reg. c. 19. v. 1.
 Sollicitat filium & ser os ut occidat David.

Quod Jonathan indicat Davidi.
1. Reg. c. 19. v. 4.
 & pro eo patrem exorat.

1. Reg. c. 19. v. 6.

Non sterile fuit hoc patrociniû regii juvenis apud parentem, qui verbis filii mirificè placatus juravit: *Vixit Dominus, quia non occidetur.* Ita Jonathan suum Davidem in pristinum aulicæ dignitatis gradum restituit, modò potuisset etiam in firmum.

Tentat Saul læcæ occidere Davidem.

Ita David illesus inter medios hostes & in acie victor, domi iterum coactus est subire mortis aleam. Saul rursus à cacodæmone agitatus, atrociter furebat, & ne sceleri deessent arma, lanceam tenebat manu. At David mitigandis furoribus jam notis, fidicinem agebat. Nisusque est Saul configere David lanceâ in pariete, & declinavit David à facie Saul: lancea autem casso vulnere perlata est in parietem. At David fugit, & in suam domum velut in asylum se recepit; eâ salutem nocte securitatem sperans à regis furoribus. At

A sceleri nihil securum satis, aut tutum. Mox enim Saul satellites misit, qui domum Davidis cingerent, ne quis effugio pateret locus, eumque manè interficerent, ne forsân præsidio rectus frustra quæreretur per cuniculos, occultumque ostium elapsus. Hic Michol animum planè masculum induens, nec lamentis domum implens, sed consilium virile dictans conjugi: *Cras, inquit, morieris, nisi hac nocte te servaveris.* Vidit enim Michol suas edes selecti militis coronâ cinctas. Et forsân à Ionathâ clam monita est, sibi sitoque conjugi prospiceret, insidias capitales à rege strui.

Videte providentiam divinam, quæ tentari quidem suos permittit, sed facit cum tentatione preventum, ut possint sustinere. Quid porrò David in hac arenâ contentationis filii ceperit, capite sequenti exequemur. Iam corubus, nidis loco, malignè pavida Saulis conscientia, & mansuetudo Davidis patientissima venit confidenda.

§. III.

SAUL Davidis prudentiam, successus rerum prosperos, & favores divinos indices expressus observans, magis cepit timere David. Vsu quotidiano discimus conscientiam malam à rebus omnibus sibi metueret, & assidue velut sub carnificis gladio trepidare. Affirmat id sapientia: Frequenter præoccupatur redarguente conscientia. *Cum enim sit timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim presumit se vitiosum, & perturbata conscientia.* Hinc ingentem sibi malorum numerum credit imminere. Cum autem conscientiam jam antè scelere obrutam, in super etiam invidia in nefas impellit, magno ea impetu procurrit ad flagitia, & in noxam vertit etiam salubria. Pessimè cum ægroto agitur, cum medicinæ transeunt in venena. Recreare plurimum debuisse Saulem prudentia & fortitudo David generi sui. Contrarium evenit. Saul suspicione pessimâ plenus, adversus se geri omnia censabat. Hinc Davidem magis timuit, quam Philisthæos. Hac de re differens Ambrosius contra Cainum: *Tuum te facinus, inquit, non frater accusat. Antè gustâ mentis homo presentem mortem veretur, perpetuam neque. Aligis, & iudicium divinum non reformidat, qui trepidat ad humanum; interitum solum corporis deprecatur. Omnis qui invenerit me, ait Cain, occidet me. Quem times? soli parentes tui in Orbe sunt. Potuit timere seras, potuit & parentes ipsos timere, qui docuit parricidium committere.* Ita Saul hominem fidissimum, famulum obsequentissimum, suum ipse generum sibi obligatissimum tantò magis timuit, quantò eum magis tam Dei, quam populi gratiâ valere animadverit. Conscientia bona, iuge convivium; Conscientia mala, iuge convivium & tormentum. Plus habet quietis pistrinum turbulentissimum, quam conscientia flagitiis turbata. Invidia neminem finit quiescere.

Quomodo autem David adversus invidiam ejus, que tot insidias sese munit? Socer ei offensissimus. Iurati hostes Philisthæi, invidentia insectatrix assidua, nequissima: tot adversarios quomodo debellavit? Mansuetudine Chrysofomo teste, *David post hæc omnia, perseveravit regis curare negotia, proque salute ipsius suscipere pericula & in acie stare, in preliis omnibus, si quo periculo servare trucidatorem suum.* Denique nec dictis nec factis contristavit inimicem illam bestiam, sed concessit in omnibus, dictoque audiens fuit. Fecit quod potuit, pro viribus suo munere functus, ceterum se suaque omnia Deo divinæque voluntati ac providentiæ liberatissimè commisit. Nos quandoque facinus, quod possumus, at cum res non succedit, indignamur, & Iurati animum demittimus, velut spe omni exculsâ. Ægyptus ptius rex Pharaos, qui Iosephum vinculis exemit, fecit, quod potuit, suis tamen consiliis famem futuram avertere

Providentia Dei in contentationis corubus, & mansuetudo Davidis patientissima venit confidenda.

Qui tentat de Davidis prudentia.

Ambr. 1. de Abel & Cain. Gen. c. 4. v. 14.

David mæque invidiam Saulis debellare conatur. Chryso. de David & Saul.

Se suaque omnia divina voluntati ac providentiæ liberatissimè commisit.

avertere non potuisset, potuit Ioseph. Sed hic ipse Ioseph, etsi quod potuit, fecerit, falsam tamen accusationem, carcerem, vincula vitare non potuit. Navarchus, dum potest, clavum tenet; ubi cum vis tempestatis excussit: Iam, inquit, nos superis commendemus, dum tempestas peragat iram fatorem. Navarchum imitemur; nemo unquam putet sua diligentia se confecturum omnia. Sedulo tuum officium, cetera permitte Deo. Est qui nos supra nos, nostraque omnia curet ex alto; huic tuas transcribe curas, ubi tuum curaveris officium. Et nosse cupis, qua ratione hostium tuorum omnium dominor evadas & victor? Christiana mansuetudine. His armis, hac panoplia usus est Iacob adversus Esau, & quadringentos viros in suum caput conductos. Nec Hercules contra duos: quomodo Iacob contra cohortem tantam? Invieta mansuetudine in suam omnes potestatem redegit. *Et ipse progrediens adoravit terram septies, donec appropinquaret frater ejus.* Nos modo bis terre proni adoremus, & palmam hosti extorquebimus. Quoties pronus adoravit Iesseus juvenis David? Promiserat illi Saul divitias magnas, & unam filiam, sed fidem sepius fregit, promissa negavit; David tamen non exoptulavit, nec cum rege, nec cum milite regio, sed suum sibi premium e celo expectavit. Periculosissime bis lancea petitus, ut parati fingeretur, post haec tamen omnia, in aulam accersitus, promptus adest, in iurias non queritur, jamque tertium vitae periculum, letali ferro iterum destinatus adit. Iure merito vociferamur: *Memento, Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus.* Huiusmodi mansuetudine ac patientia, quicquid uspiam est adversorum, superatur. Mansuetudo triumphat.

CAPVT IX.

Afflictissimus David valedicit.

Hic ferè nobis faciendum, quod Athenis confuetum, ut causas orare inciperent *àveo* *Deo* *opus.* David iactili Saulis hostili jam tertium petitus, pro asylo domum suam habuit, in quam confugit. Mox missi milites, qui domum ita cingerent, ne ulla elabendi rimula pateret. Nihilominus David fugiendi è domo solertiam commentus valedixit Micholi conjugi, & properavit ad Samuelem. Saul ternos nuntios & lictores misit in Naioth, qui ad se pertraherent Davidem, irritò semper conatu. Tandem eò ipse rex contendit, nec tamen comprehendere potuit, quem adeò hostiliter quaesivit. Post ludos tam crudeles ob summam animi bonitatem David sibi passus est persuaderi, ut in aulam rediret. Rediit. Mox iterum turbæ, & ludi priores. Impius Saul gratiam, quam promissit, mox iterum fallacissime subtraxit, hostemque publicum promulgavit Davidem. Ita Ionathas & David post occisum colloquium mutuis perfusi lacrymis, sibi invicem longum valedixerunt. Atque hic capitis istius primarius erit sermo. Afflictissimus David supremum valedicit.

§. I.

David eà nocte, qua tertium lancea volans in eum emissa in suam se domum recepit, nuptiis jam peractis. Sed eam domum Regius miles adeò arctè obfedit, ut vix evadendi libertas musculo relinqueretur. Imperatum in super à rege, ut manè obtruncaretur. Ideo Michol fidelis illi conjunx; *Nisi salvaveris te, inquit, hac nocte, cras morieris.* Vnicum fugæ consilium videtur superesse. Sed fuga longè periculossima erat & difficillima. Itaque remedium morbo periculosius poterat videri. Quomodo enim fu-

giat? Per januam aliquam emittatur? Arctissime omnes obfessæ sunt. Per fenestram demittatur: Vix fieri potest, ut milites id non audiant: quòd si minimum quid audituri sint, accurrunt, comprehendent, ad regem ducent; si repugnet, confodient. Non placet fugere? ergo certa mors. Quid igitur faciat David, quibus consiliis tuatur vitam? Omnia prorsus desperatissima censerì poterant. Iosaphat rex, cum imparatum genus exercitus Moab & Ammon urgeret, ad opem ex alto petendam sese erigens: *Deus noster, inquit, cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Adfuit vocanti Deus. Vicit Iosaphatus sine pugna, hostes in seipos versi mutuis caedibus debentati: spolia eorum optimissima vix triduo poterant auferri. Cum ergo humani subsidii jam nihil sperari posset: ad David opem vinum David conversus, ardentissime Deo commendavit, & psalmum dictante lectu, lacrymis pro sepià usus conscripsit istum: *Eripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salva me. Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes, &c. sacrum hoc carmen, ita claudit: Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.*

Quocirca David divina se Providentiæ quàm liberalissime committens audere fugam decrevit. Ergo conjugii amantissimæ Micholi valedicens, providentià divinà duce, mœstissimum iter ingressus est.

Porrò ille abiit, & aufugit, atque salvatus est. At verò Michol conjugii suo fidelissima, quò illi plus daretur temporis ad opportunam fugam, Davidis lectum ita sternere aggressa est, ut ipsissimus David crederetur in lecto decumbere. Ingeniosè profectò piam hanc fallaciam commenta, statim in lecto reposuit, ad cuius caput, ut jacentis hominis caesariem effingeret, villosam pellem apposuit, & operuit vestimentis. Nuntiatum id regi, prodire domo neminem, eum utique in ædium latebris adhuc delitescere. *Misit ergo rex appostores, qui raperent David.* Hic cata mulier ad extrahendas moras excusat mariti morbum, & totam noctem inquietam & insomnem exegisse illum causatur. Proinde se rogare, ne afflictum magis affligant; nihil esse in morula tantillâ periculi, regis voluntati conjugem nec velle, nec posse resistere, qui sciret longas regibus esse manus. Apparitores, qui perquam odio lo munere forsitan inviti fugebantur, regis filiae libenter gratificati ad regem redeunt, & Micholis responsum referunt, Davidem ægrotare. Et videri hoc poterat. At rex nihilo placatior, sed jam efferrator, rursum alios misit nuntios, prioribus nequiores cum hoc iussu: *Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur.* Salve Saul, frater Caligula, qui parentes neci filiorum interesse coegit, valetudinem excusantibus misi lecticam. Mitius hoc: & posset sub Saulis Magisterio proficere Caligula. Saul Davidem non in lecto iussit occidi, ne forsitan fingeretur occisus, & ita subduceretur morti, ab iis, qui eum minimè oderant. Deinde Sauli fuisset suave presentis cædis aspectu immane odium exfaturare, dedecore atque infamia etiam propria contempta. Redeuntes ergo nuntii, ut omnes domus angulos excutiant, in ipsum Davidis cubiculum irruunt, lustrant, & scrutantur omnia. Quid o sedula quæris, non curiositas, sed crudelitas! Surrexit non est hic. Iam pridem alibi est David. Pio conjugis ingenio excessit, evasit, erupit David. Lectum, o milites, excutite, & pro homine hominis imaginem reperietis. *Et inventum est simulacrum super lectum, & pelles caprarum ad caput ejus: Videte, o viri ligneam*

Y y 4

Exemplo Davidis...
1. Reg. 19.
Micholis erga conjugem fidelitas.

1. Paral. 6.
2. Paral. 12.
1. Reg. 19.
Micholis ad Davidis fugam opportunam artificium.
Ibid. v. 14.
Ad extrahendas moras morbum mariti allegat.
Ibid. v. 15.
1. Reg. 19.
v. 16.

ligneam Davidem pro vero, si placet, eum ad regem alportate. Quod Iosephus de caprino jecore commentatur, adhibent illum ad effingendam respirationem, figmentum credimus.

Vbi Saul inausitit si vulneos a se custodes adibus admotos suumque hostem periculis subductum, filiam Micholem mox accepit. *Quare, inquit, sic illi- fisti mihi, & dimisti inimicum meum, ut fugeret?* Illa prudenter subvertit, ne patri parum probaretur, quid- quid dictura esset, officiosum figmentum excogitans: *Quia, inquit, ipse locutus est mihi: dimitte me, alio- quin interficiam te.* Ad primum respondit de dimisso conjuge, ad alterum siluit de structa lecti fallacia. Neque fortundus rex pium hunc dolum filia notavit. Ita David quætas regis manus effugit, nec tamen Bethlehemum properavit ad patrem, sed in Ramatha se contulit ad Samuelem: cui ordine recen- sivit, quidquid furor regius in se fuisset machinatus. Samuel hunc & supplicem & exulem a se unctum regem utique prout limo affectu complexus ad omnia fortiter toleranda animavit. Ne autem Davidis fuga per cives prodereur, ambo simul concesserunt in Najoth.

Misit ergo insanus rex lictores, qui illinc extractum David ad se raperent. Sed o rem admirandam, & o potentiam nuntius! Apparitores subito fiunt Pro- phetae. Cum enim hi Saulis satellites vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem inter eos factus est etiam spiritus Domini in illis, & prophetare coeperunt etiam ipsi. Perinde si quis silvam petat confixurus cervum, & avicularum concentu detineretur aut si tigris effera raptis catulis in via speculum, vel globum vitreum inveniat, cursum rapidissimum sinter, & oculos putabit sub vitro late- re. Ita hi Saulis famuli, minarum, & caedis spiran- tes, ferocia omni posita, Prophetarum mediis in Pro- phetas sunt mutati. Vbi hoc in aula rescitum est, missi sunt alii nuntii, qui non minus prioribus laudare Deum, & vaticinari coepere. Missi sunt tertii, qui & ipsi in Prophetarum societate didicerunt agere Pro- phetas. Iratissimus Saul, nec satis fidei narratis tribuens, in eundem locum celeritate magna & ipse cum con- tendit, ipsissima tigris. Sed idem ipsi, quod ipsius famulis evenit, imò antequam eò perveniret, factus est etiam super eum spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat, usque dum veniret in Najoth in Ramatha. Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetavit cum cæteris coram Samuele. & cecinit nudus tota die illa & nocte. Unde & exivit proverbium: Num & Saul inter Prophetas

Mira Dei potentia in servum David.

1. Reg. 19. v. 23. 24.

Interpres cecidit.

Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetavit cum cæteris coram Samuele. & cecinit nudus tota die illa & nocte. Unde & exivit proverbium: Num & Saul inter Prophetas

§. II.

Interea David elapsus illinc ad suum Ionathan confugit, & opem implorans: Quid patravi, ait, obsecro tanti flagitii ut parens tuus vitam meam as- siduis impetret insidiis. Cui Ionathas: Mihi optime David, mihi hoc securus crede, non morieris: quidquid mihi dixeris, id faciam tui amore. Ab his principiis prolixum sane ingressi sunt colloquium. In eam demum sponsonem conventum est, ut Ionathas dice- ret: Cras calendæ sunt, & tu in mensa regia detidera- beris. Ego animum parentis mei explorabo probè, num aliquid deinceps gratiæ sit sperandum. Hoc u- num difficile, ejus rei te certatorem facere: Me solum egredi ad te indecorum, sed & suspectum, famulam mittere, aut cum comitatu venire, periculosum. Hoc igitur age. Die negotioso ad notas te latebras, in agri specum e confer. & illic triduum perdura. Non pro- cul ego tres ja ulabor sagittas velut ad scopum me ex- ercens, & ubi pedissequo meo dixerò: En sagitte intra & cis te sunt, adfer eas. Tu, mi David, ad me veni, & crede res bono loco esse. Quod si servum a pedi-

Colloqui- tur David cum Iona- thâ opem implorans.

Promittit & spondet animum patris ex- plorate.

Locus re- nuntiatio- nis sta- tuatur.

bus inclamare. En sagittæ ultra & trans te sunt. Tu silentio abi, idque divinæ voluntatis esse cogita. Fir- mandis dictis addidit Ionathas: De verbo autem, quod locuti sumus ego & tu sit Dominus inter me & te usque in sempiternum. Hæc omnia ordine, prout inter eos con- venerat, facta. Iphis Calendis Saul Davidis absentiam à mensa notavit quidem, sed dissimulavit. Die poste- ro Saul a bile jam inflammator: Cur, inquit, filius Isai non comparat in mensa nec heri, nec hodie? Cui Ionathas modestè: Mi pater, ait, veniam petiit abeundi Bethlehemum ad solenne sacrificium. Quan- primum rex in fermento totus, & bilem in Ionatham præsentem evomens: Fili matris adulteræ, inquit, num nescire me censes, filium Isai à te amari & hoc- veri in probum & ignominiam parentum tuorum? Hoc scito: dum ille vivet, nec te, nec regnum tuum sta- biliendum. Ergo quamprimum accersiri eum jube, capitalis finis admisit; moriendum illi est. Ad vo- ces tam tragicas parentis, Ionathas: Quare morietur, inquit, quid commisit criminis? Hic longè gravius Saul excandescens corripuit lanceam confosurum eà filium. Mox Ionathas impransus è mensa profugit. Die altero ad conditum locum egressus foras, unà cum cursore falerato. Ad quem: Curte, inquit, & as- fer sagittas quas jecero. Currente puero, clamavit Iona- thas: Ecce ibi e! sagitta porrò ultra te: ne cuncte- ris propra. Ita pedissequus collegit jacula, & ea do- mino suo retulit penitus ignorans, quid arcani eà re- ageretur. Nec superfluum hoc fuit. Sic enim amici comites se ingessissent, aut alius aliquis illic superve- nisset, scire nihil minus potuisset David, quid sibi agendum. Finito bisevi hoc lusu Ionathas vernam au- licum cum suis armis a se dimisit. Iamque arbitris omnibus remotis, David è latebris progressus, ter pronus in terram se abiecit, divinamque providen- tiam, filiumque regis tertium adoravit. Iamque Iona- thas & David suavisimis complexibus copulati, mu- tuis perfusi lacrymis, mutua sibi fixerunt oscula, & vale mœstissimum dixerunt. Liberaliter Davidi Iona- thas afflevit, liberaliter Ionathæ David. Demum & valedi- Ionathas: Vade in pace, inquit, quæcunque inter noscunt. jurata sunt, firma, fixa, & chalybe scripta sunt in omne ævum. Sic ab invicem divulsi, Ionathas in ur- bem Gabaa rediit, suum iter profectus est David exul. Hic tria paulò pensulatiùs cogitanda.

1. Reg. 21. v. 23.

Causam absentie Davidis Saul inquit.

Contra Iona- tham inquit.

Reumque Davidem dicit.

Ionathas sponsonem cum Davi- de facta- rariâc.

Se mutuo comple- ctuntur David & Ionathas

David & Ionathas vale mœstissimum dixerunt.

David & Ionathas afflevit, liberaliter Ionathæ David.

Demum & valedi- Ionathas: Vade in pace, inquit, quæcunque inter noscunt.

jurata sunt, firma, fixa, & chalybe scripta sunt in omne ævum.

Sic ab invicem divulsi, Ionathas in ur- bem Gabaa rediit, suum iter profectus est David exul.

Hic tria paulò pensulatiùs cogitanda.

§. III.

Primum. Tres ipsas noctes, & pene totos tres dies in spelæo David latuit. Quis illi hoc loco- rum prandia, quis coenas ministravit? Idem illi fa- ciendum fuit, quod adolescenti pagano pauperi, qui ut scholis vacet, omnem secum commeatum diebus tuisse: aliquot suffecturum è pago in urbem deserit. Ita Da- vid panis aliquid sinu abdidit, in ediam triduanam hac annonâ solaturus: spelæum pro tentorio fuit, spelæi solo pro lecto usus est dux tam illustis; gen- er regis, jam unctus rex, homo Numini commen- datissimus. Hic videre profus est quàm non delica- tæ suos filios Deus soleat educare. Quot mœroris ac sollicitudinum aculeis hoc triduo pectus Davidis confossum? Cogitavit utique: Quis demum finis aculeis per- ærumnarum? quò fugiam, si desperata sit omnis gra- tia? nusquam toto regno tutus latitavero: extra He- braum regnum undique & undique hostes & ido- lolatræ: quid animi mei erit parentibus, & fratribus, totique familiæ, quam hæc tempestas in me lævians non leviter percelleret; quid amanissime conjugii meæ fiet? An ulus alius præter Ionathan rerum mearum agere patronum audebit? Hæc cogitationes cor Davidis lancinabant. Quid interim aliud dies no- ctæque faceret, quàm preces & vota ingeminare, divinæ

Tres noctes & pene tres dies in spelæo David latuit.

Quis illi hoc loco- rum prandia, quis coenas ministravit?

Idem illi fa- ciendum fuit, quod adolescenti pagano pauperi, qui ut scholis vacet, omnem secum commeatum diebus tuisse:

aliquot suffecturum è pago in urbem deserit. Ita Da- vid panis aliquid sinu abdidit, in ediam triduanam

hac annonâ solaturus: spelæum pro tentorio fuit, spelæi solo pro lecto usus est dux tam illustis;

gener regis, jam unctus rex, homo Numini commen- datissimus.

Hic videre profus est quàm non delica- tæ suos filios Deus soleat educare.

Quot mœroris ac sollicitudinum aculeis hoc triduo pectus Davidis confossum?

Cogitavit utique: Quis demum finis aculeis per- ærumnarum? quò fugiam, si desperata sit omnis gra- tia?

nusquam toto regno tutus latitavero: extra He- braum regnum undique & undique hostes & ido- lolatræ: quid animi mei erit parentibus, & fratribus, totique familiæ, quam hæc tempestas in me lævians non leviter percelleret;

quid amanissime conjugii meæ fiet? An ulus alius præter Ionathan rerum mearum agere patronum audebit?

Hæc cogitationes cor Davidis lancinabant. Quid interim aliud dies no- ctæque faceret, quàm preces & vota ingeminare, divinæ

divinæ se providentiæ committere, quisquis denum successus rerum aut eventus sit, quæcunque vel læta, vel tristia consequantur, fiduciam in Deum nunquam amittere, serenitatem post tempestates expectare.

Hic iterum opportunissimè vociferari liceat: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus.* David veluti cervus canibus, indagine, foveis, venatoribus cinctus, capturam operiebatur. Quod ipsemet altitimum gemiscens falsus est Ionathæ: *Vno tantum gradu*, inquit, *ego morsque dividimur.* Tot enim Saul habet cedis meæ ministros, quot subditos, in extremâ stogulâ, facillimo nisi me quis præcipitaverit. Et tamen Deus ab interitu servare me potest. In carceribus olim fame necandis eo loco sitique panis ponebatur, ut si panem non arripere, fame perirent, si eum prendere niterentur, in ima ruerent, & in cultros sese ac murices induerent perituri. Non ad similes angustias stringebant David, ut quicquid eligeret, pessimum iret. Et tamen hoc altissimè pectori hærebat fixum: Deus etiãnum ab interitu servare me potest, adjutor meus, protector meus, & liberator meus, adjutor fortissimus.

Alterum. Post tertiam noctem ab eâ, quâ latere ceperat David, cum sagittis & puero à pedibus in ejus loci viciniam egressus est Ionathas, & sese mittendis jaculis exercuit. Mox puero remisso, ad latitantem in antro amicorum optimum accessit. Hic David modestiæ ac humilitatis suæ neutiquam oblitus, *surrexit de loco, & cadens prostratus in terram, adoravit terribi.* Quàm humilis, & quàm gravis! Nulla hic Davidi cogitatio subrepsit, ut suum genus Ionathæ stirpi exæquaret, diceretque: Par atque una est ratio nostra; rerum gestarum laude non cedo, familiã inferior non sum; insuper rex unctus sum, ita pares sumus. Cur parens tuus tot meis tamque præclaris meritis hæc rependit præmia? Num ideo illi vitam & regnum servavi, ut jugulum meum peteret? perfidiã tam crudeli, compensat obsequia & fidem? Nil horum. Non indignatur, non provocat, non insultat ulli, nullum contumaciã, aut superbiã signum vel minimum edit, sed Ionathan servatorem suum, ut Iosephus loquitur, salutem, & adorat, eique sese abiturum unice commendat. Insignissimè servavit, quod Siracides jubet: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.*

Tertium: Cum magis ac magis diluculasset, verberatur Ionathas, ne clara dies colloquium arcanum proderet, ita reditum in urbem Gabaa maturare cogitavit. Quando igitur Ionathas & David ultimum vale sibi dicere cogebantur, ingens inter eos obortus est mœror, & luctus lacrymis largissimis accensus. Et videte, quæso, strenuissimos duces duos complorantes; Ionathas annum ætatis quadragessimum, David vigesimum quartum agebat. Tam autem ardentem & tenerè amarunt, ut illis suavius accidisset mori, quàm ita dividi; & *osculantes se alterutrum, fleverunt pariter, David autem amplius.* Ionathas ætate grandior, & mœrentis consolator, lacrymis plus imperavit, nec eas tamen penitus retinere potuit: *Fleverunt pariter, ita quidem, ut lacrymæ verba intereluderent.* Nam Ionathas orsus est quidem dicere: *Quæcunque juravimus.* Dicta non finiens ceptum sermone lacrimis abruptit. Fleverunt ergo pariter, David autem liberalius, quia annis inferior, & quod etiam hos imbres cedere solet, nullum mali remedium conspexit. Furiosum regem evadere difficillimum. Toro Israël's regno cedendum fuit; animam labris primoribus gestis; securitatem aliquam, sed nec tutam, nec diuturnam inter idololatrias querere, sed invenire vix potuit. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis.*

A Iam ærunnarum mare non navigat, sed natat. Hæc tamen omnia, in bonum illius erant cessura. Virtus inter solida maturefcit. Animus valescere plerumque non solet, dum per secunda plus æquo provehitur, adversis inexpertus. Chrysofomi hæc de re differentiis sapiens oraculum est: *Nihil æque facit animam philosophiã præditam, atque afflictio.* Dices: Quid denique agam, ut calamitas me non evertat? Chrysofomus rei modum suggerens: *Cogita, inquit, ferendum esse, veli nolis, quod tibi illatum est incommodum.* Hac utique præceptione David animum suum solertissimè imbuit: Perferendum est æquo animo, quidquid in nos immitit Deus. Nos servuli, ipse Dominus est. Fidamus Domino tam sapienti, tam benigno. Tot alii præcæferunt: *Spes sanctorum immortalitate plena fuit.* Vox illorum in adversis omnibus erat: *Quidquid jam tolerandum est, habebit finem; Hoc malum, & hoc, & hoc etiam, & illud, & istud, & demum omnia ad suum venient finem, sequetur æternitas beatissima. Toleremus tenues, breves pluvias, & fidamus cæli Domino, serenitas consequetur, nullis turbanda nubilis, æterna.*

CAPVT. X.

David ad Achimelechum fugit.

OPTIMÈ dixit Democritus: Peregrinatio & exilium frugalitatem vitæ docent. Peregrino, præsertim pauperi, res pretiosa est quadra, panis & hydria fontanæ; scannum sub tecto sat bonus ei lectus est.

Hæc sui experimenta David sumere debuit. Saul illum tam pertinaci crudelitate persecutus est, ut afflictio exuli panem nusquam licuerit tute morari. Ex amplâ domo profugus, nec cocus, nec promus condus, nec arca, nec servus ullus sequebatur. Hinc in viã velut pauper scholasticus mendicabat panem & gladium, ut ceptum iter posset prosequi. In hac Davidis fugã quinque potissimum veniunt consideranda.

Primum est, Arcta fames, quæ mendicitatem jam uncto regi obtulit. Alterum est, Sedulum latendi studium, cum tamen latere non licuerit. Tertium, Dei cura in iis, quæ ipsi donantur. Quartum, Deo donare, quàm bonum sit. Quintum, Quàm accurate David examinatus, antequam panem tactus. Hæc omnia complectitur Davidis ad Achimelechum fuga, ad quã hoc capite differemus.

§. I.

CUM Ionathæ valedixisset David, pedes in fugam se conjecit, velut extremum mendicabulum, non solum sine gladio, sed etiam sine perã, sine baculo, sine pane, sine viatico, sine equis & vehiculo. Ita inermis & famelicus venit ad Achimelechum sacerdotem, ubi Arca & tabernaculum in stativis erant. Hoc loci David gladium muniendo corpori, panem solandæ fami petiit. Achimelech non leviter territus & miratus, quid hoc rerum portenderet, Chiliarchum generosissimum, regis generum, sine omni aulico comitatu & armis solum accurrere. David ut turbatum sacerdotem componeret: *Negotium est, inquit, conficiendum impatiens morã, ac secretum, ampliorem comitatum certus locus suppeditabit.* Ideo quatuor aut quinque panes ad iter prosequendum rogito.

Achimelechus, ut necessitati sine cunctatione confuleret, annonam Deo consecratam offerens: *Non habeo, inquit, laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum.* Iusu divino singulis sabbatis panes duodecim

decim in aurea mensa, hinc & hinc seni, ad numerum Israelitarum ponebantur. Atque hi panes, facierum seu positionis dicebantur. Hi sabbatho recentes & a furno calidi ponebantur, sabbatho sequenti auferbantur jam siccis, & reponerentur alii. Ablati in sacerdotum iungat usum cedebant. Levitis non permittitur his vesci. Ita lex edicebat: *Eruntque Aaron, & filiorum eius, ut comedant eos in loco sancto.* Singuli panes octo librarum erant. Hominibus plebeis, necessitas horum esum non interdixit. Eam ob causam Achimelechus exceptionem, & unam sacros hos panes dare non recusat, aliquid tamen examinis præmittens: *Si mundi sunt pueri, inquit, maxime à mulieribus.* Sacerdos reverentiâ in generum regium, de servorum tantum puritate interrogat, sed David probè intelligens idem de se queri, non de servis tantum, sed etiam de se respondit, impedimentum hac in parte fore nullum. Erectus hoc responso Pontifex Hebræus, panes sacros esurientibus concessit. Verosimile datos fuisse quinque, singulis unum. Nam censemus, Davide quatuor servos aut alicubi relictos, aut certè præmissos, ita quidem ut Achimelechum David incomitatus pervenerit, prout è speculoso est digressus. Credibile fidelissimos servorum à Ionathâ submissos, qui turentur fugientem, aut forsitan via ipsa pauculos illi aggregavit. Quia verò David non tantum famelicus, sed & exarmatus Noben venit. idcirco non tantum panem, sed & enses petiit. Oblatus ei gladius Goliathi, quem armis omnibus præferens: *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Hinc facile est conjectare, quàm robustus David & procerus fuerit, cui arma Saulis procerissimi, cui gladius Goliathi conveniebant. Ita in armaturam gladio, in viaticum panibus acceptis, ulteriori se fugam mandavit. Hac in fugâ quinque paulò accuratius expendenda.

Levit. c. 24. v. 9.

Ante accipros panes examinatur. 1. Reg. c. 21. v. 4.

Ibid. v. 9.

Ulteriori fugæ se mandar. in qua quinque expenda.

1. Vehemens Davidis fames.

Math. c. 12. v. 3. & 4.

Psal. v. 1.

Ad exemplum David panem quotidianum debemus petere non delicias.

Primum, Vehemens Davidis fames non perdidit, non phasianos, non meleagridas, non scitamenta & cupedias, sed panem petiit in stipem, nec anxie quarit, num recens sit, an verò aridus & siccus. Illi certè panes jam per octiduum induruerant, famam tamen gratissimi erant. Rariorem hanc inediam Christus in exemplum trahens: *Non, inquit, legis, quid fecerit David, quando esuriit, & cui cum eo erant: quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solum sacerdotibus.* Hic Servator discipulos suos cum Davide, ac servis ejus se cum Achimelecho confert, & legem necessitatis explicat. E dictis facile constat, quantum hoc itineris accelerarit David, quando sine omni telo & armis tantus miles, tam insignis dux viam confecit longam, quod non tantum probro, sed & periculo erat, quomodo enim prædonem, aut furum sustinisset incurios? sed necessitas legum impatiens urgebat, idcirco non videbatur expectandum, dum alius gladius, aut panes alii adferrentur; quæ obvia erant, in fugæ præsidium judicabat assumenda; pertinax Saulis furor terrebat, si enim triplices nuntios in Natioth misit, quantum magis in Nobe missurus fuit? Severa necessitas impellebat. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus? Memento David esurientis, anxii, sitientis, ærumnosi, fugientis, sed quò fugiat, ignari. Sed & nos meminerimus panem petere, sed quotidianum, non delicias, non abundantiam, non cupedias. Quod si pater parcitius subministret panem, aut includat, cogitent liberi, id à parente fieri, aut quia abusi sint pane, aut ne abuterentur, & ejus nimium frequenti usu valetudinem corrumpant: annonæ charitatem immittit Deus, aut ut pescantes puniat, aut certè coërceat peccaturos.

Alterum, prudens & cautum latendi studium. Ut fuga tantò foret expeditior, viaticum, arma, famulos, impedimenta omnia reliquit David. Huic autem fugæ apud Achimelechum palliandæ: *Gladium meum, inquit, & arma mea non tuli mecum, sermo enim regis urgebat.* Officioso figmento vitam tueri studuit, nec tamen penitus latere potuit. Nam Doëg Idumæus, Saulis pastorum præfectus, hæc agi vidit, & audivit, & ea nequam susurro apud regem improbum mox effudit, unde complurium cædes, & mala maxima sunt orta. Terrebat utique David viri proditoris aspectu, animo prælagente, hæc omnia ad aures Saulis deferenda, non auditum tamen dixisse David: *Quis diabolorum hoc ipso tempore Doëgum advexit? Vt illud omnes infortunii diræ malè perduint.* Non hæc voces sperferat David: Dei providentiæ & voluntatem adorans, totum se Deo permittit, gubernandum, ut quidquid in se Deus decreveret, sanctissimum haberet. Sciebat exactissimè David, si Deus voluisset Doëgum non intervenire arbitrum, id impediri nutu potuisse. Cum autem præfœ omnem expectationem res aliter eveniret, hoc ipsum divinæ voluntatis certissimum argumentum est interpretatus quidquid demum sequeretur mali ex hominibus, tam importuni accessu.

Ita nos in rebus omnino omnibus geramus: Cum Juda Machabeo principe identidem dicamus: *Sicut voluntas in celo fuerit, sic fiat. Dominus faciat quod bonum est in conspectu suo.* Non importunè hæc aliquis quæsitur. Ecce hoc topes, totisque libris ugetur & incycaur? Helio, totius quinque libri hoc ipsum clamant: idem aliæ scriptioes sæpius commendant: nec est ferè, quod crebrius instilletur, quàm divine Providentiæ notitiâ & veneratio, & quæ inde sequitur, cum divinâ voluntate conformatio. Nemo compendiam docendi rationem miretur: Supremæ Providentiæ cognitio & consensus cum Dei voluntate, fundamentum est solidissimum, omnis tranquillitatis & sanctimonie. Atque hic nos ter etiam in hac descriptione finis est, spectandum Orbi proponere Hebræum David, virum secundum cor Dei, qui fecerit omnes Dei voluntates. Assidua divinæ Providentiæ memoria calcitra est mollissima, cui humanus animus indormiat. Hanc in horto olivifero Christus supponens Petro: *Quomodo ergo, inquit, implebantur scripturæ, quia sic oportet fieri.*

Tertium, Cura Dei circa ea, quæ ipsi donantur. Dona voco quæ debita essent dicenda. Cum enim Deo quippiam donamus, nunquid sua Deo reddimus? Nihilominus attentissimus est Deus ad hæc dona. In testimonium presens venit historia. Voluit Deus sibi panes offerri, sed calidos à furno, & iis thus sanctissimum imponi. Ipso sabbatho pinsi debebant à Levitis, è farina tenerimâ & candidissimâ, è polline ac flore farinæ. Exitium quid Deus exigit, & plerumque præstantissimum. In ipsi Orbis incunabulis præ Caini sacrificio, longè magis placuerunt Deo Abelis victimæ. Nam Abel optimum de primogeniis gregis sui, & de adipibus eorum obrulit, Cain autem de fructibus terræ. Quod Deo datur, sit optimum. Hinc illi valde displicent, qui ætatis florem inter nugas & libidines, fluxis & inanibus studiis consumunt, effectam ac marcidam senectutem, velut nobile donum offerunt Deo, illi tum demum servituri, cum vires mundi servitii exhausserint. Ita panes recentes ipsi comedunt, aridos & in saxum pane duretentes Deo relinquant. Munus ingratum, quod à manu tam parca, tam sordidâ venit.

Duodenorum porrò panum istorum numero Deus rudes Iudæos erudit, quàm fidei memoriâ eorum semper meminisset, quando duodecim Israelis Tri-

2. Prudens & cautum latendi studium. 1. Reg. c. 21. v. 8.

David se totum Deo permittit gubernandum.

1. Mach. 3. v. 60. 2. Reg. c. 10. v. 12.

Providentiæ divinæ cognitio & consensus cum Dei voluntate est fundamentum tranquillitatis & sanctimonie. Math. 5. 26. v. 14. 3. Cura Dei circa ea, quæ ei donantur.

Gen. 4. 4. v. 3. & 4.

lis Tribus, hi panes numero pares significarunt. Solutum ingens summum est cogitare sapius: Deus affiduum memor est mei, nec enim oblivisci potest operis quod condidit. Nemo dixerit: Dereliquit me Dominus, & oblitus est mei. Nunquid enim oblitus potest mulier infanem suum, ac non misereatur filio uteri sui, & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripti te. Aspice terebratas Christi manus & pedes, & latus; tam in manibus, quam in pedibus ac latere tuum nomen descriptum leges.

Quartum, Munera numini oblata perire non possunt. Hæc enim vel nobis servantur à bono Numine, vel paulò post restituntur cum amplo fenore. Deo donare, est dona accipere. Non dubitem Davidi fuisse, armamentarium spoliis hostium, variè auctum, eo tamen tempore Davidi non profuit. Sed Sauli; solus Goliathi gladius ob partam victoriam Deo dicatus profuit, nil certè profuturus, si ad ostentationem & pompam fuisset domi servatus. Et videte specimen divinae providentiæ, quâ disponente factum, ut ille ipse Goliathi gladius in tabernaculo servaretur, alioquin inermi nihil in solitudine præsidii adversus leones, urfos, hostes alios fuisset. Tuâ, ô Deus, providentiâ gubernantur omnia, nec ea vel momento dormiunt. Nec, tamen religioni aut conscientia duxit David gladium Deo consecratum pro telo in sui tuitionem, sicut & propositionis panes in famis solatium accipere; necessitate impellente, facta templorum vasa liquare aut vendere permittit. Ambrosius affirmans: *Melius est, inquit, pauperum vitam & fortunam, quam templorum divitiarum non temerare.*

Quintum, Achimelechii examen: *Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus.* Alphonsus Toftatus Abulensis, hæc sacerdotis verba expendens: *Quanta, inquit, confusio debet esse eorum, qui Dominicum corpus sumunt immundi.* Inter panes propositionis & profanos nihil erat differentia; nisi quam fecerat opinio; & tamen solis sacerdotibus, & quidem in loco sacro fas erat eos edere. Quam igitur purus sit, qui manna verum, mysteria sacrosancta, ipsum Christi corpus, sanguinem, animam, divinitatem venit sumpturus ut cibum, affirmante Christo: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Quantò æquius hic quærat examine rigido: *Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus.* Proprio nomine immundities dicitur libido & impudicitia. Priscæ legis varia fuit, & facilis contractu immundities per lepram, tactum funeris, sepulturam. Has immundities contrahebant Judæi sæpe sine omni animi noxiâ, de harum nullâ quærit Achimelechus, quæ solum corpus inficiebant: Venereæ sordes & corpus & animam contaminant. Idcirco quilibet convivium celeste accessurus conscientiam suam interroget, videatque ut ea quam mundissima sit à carnis spurcitie, quæ utramque hominis partem inquinat. Non enim propositionis panes, sed corpus sanguinemque purissimum Servatoris Christi sumpturus est. Eam ob causam vociferatur Paulus, & verbis gravissimis monens: *Quicumque, ait, manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducat, non dijudicans corpus Domini.* Ergo epulum Eucharisticum accumbe, si mundus es. Impuris labris hæc ambrosia, hoc nec est libandum non est. Angeli mores indue, & Angelorum panem accipe.

CAPVT XI.

David insanum se simulat.

THOMAS Stapletonus optimæ notæ scriptor, res gestas Thomæ Mori, (qui in Aula Anglicanâ vit

A summus & libellorum magister stylo persecutus hæc sapientem memorat: Volsæus senator purpuratus in Anglorum regno præpotens senatum cœgerat, & primi nominis optimatibus. In hunc Comitibus & Baronibus, & nobilissimæ prosapia viri legebantur, penes quos summum fuerat regis imperium. Volsæus illustrissimus senatoribus jam præsentibus explicare instituit, quam regni bono foret, ex confesso illo unum aliquem eligere, qui personam regis toto regno gereret. Speraverat autem ambitione immodicâ omnium sententias in se ituras. Nec malè animus prælagit. Suffragia universorum, si unicum demas, in Volsæum conspiraverant. Ultimus omnium sententiam dixit Morus, non ita pridem in eum senatum cooptatus. Atque hic unus, & solus, quod omnes suaserat faciendum, dissuadere institit, sed & dicti rationes populosas adferre, multaque super eâ te disserere. Itaque senatus jam omnis nutare, & satis ostendere, videri sibi, sententias denud esse perrogandas. Hic Volsæus in fermento totus, & acerbè Moro inequitans: Non, inquit, frontem ducis Moro, quod cum omnium sis novissimus, plus omnibus sapere te sentes? specimen illustre stultitiæ. Cui promptè Morus: Ergo, inquit, gratias Deo maximas agamus, quod Regia Majestas in supremo senatu suo unum tantummodo stultum habeat. Ita deliberatio in aliud tempus dilata; consilium Volsæi rejectum. Et nisi Thomæ Moro pectus pol sapuisset, nunquam certè passus fuisset stultitiæ se simulatari. Nam primum stulti indicium se sapientem credere. Nec enim quisquam minus tolerat se stultum haberi, quam qui stultus est.

Cum David in Aula regi Achis discrimen vitæ præfens persentiret, amentem ac fatuum se simulavit. Rex hominem mox ab aula iussit facessere. Agat Deo gratias Achis, si solus in ipsius aula fatuus fuit David. O mi Deus! si omnes fatui & amentes, & quibus non sanum erat sinciput, ab Achis aula fuissent amoliendi, brevi vacua luxisset aula; & forsan primus ipse rex Achis debuisset aula excedere. Equidem stultitiæ admisit insignem tam temere Davidem amovendo. Prudentiæ fuisset percontari & indagare, quidnam tam celebri, tam strenuo duci evenerit, ut ad insaniam redigeretur, an istud mali continuum, an verò insubidum hæc. Nil horum Achis, sed præceps, sed sine investigatione omni hominem sapientissimum à se dimisit, stultus ipse & insanus, qui se sapere credebat pleno pectore. Atque hoc jam explicatius trademus, quomodo David insanum se simulavit, & quæ sit sapiens stultitia.

§. I.

DAVID Goliathi gladio & pane mendicato jam viaticus, toto Israël regno sedendum sibi ratus in exteras terras peregrè abiit, ad Gethæorum regem Achis. Quod Regum facti, his verbis restantur: *Surrexit itaque David, & fugit in die illâ à facie Saul ad Achis regem Geth.* Quomodo autem à facie Saul fugisse dicitur, cum jam ante aliquot dies Saulis oculos exierit? Res nota. Ubi rex subditos aut servos habet, ibi & manus, & oculos. An nescis longas regibus esse manus? Apud Persas alii regis oculi, regis autem alii dicuntur. Hinc priscum illud: Regum multæ sunt aures, multi sunt & oculi. Si David in Israël regno substitisset, ubi in Saulis auribus, & oculis, & manibus fuisset, eam ob causam in regnum Palæstinum transiit. Certè hic David spiritum tanquam rem vacuum impendit, hostilem terram ingressus forsan solus sine ullo comite, in quâ non ita pridem ducentos viros jugulaverat. Quod si latere voluit inter Philistæos, profectò fugere debuisset Gethæos, quorum necavit volumem

* Constat.

Thomæ Mori ad Volsæum pulchra responsio.

David in aula regis Achis amentem se simulat, & ejicitur.

1. Reg. c. 27.

vers. 10.

David à facie Saul fugisse re-aures, & oculos. An nescis longas regibus esse manus? Apud Persas alii regis oculi, regis autem alii dicuntur. Hinc priscum illud: Regum multæ sunt aures, multi sunt & oculi. Si David in Israël regno substitisset, ubi in Saulis auribus, & oculis, & manibus fuisset, eam ob causam in regnum Palæstinum transiit. Certè hic David spiritum tanquam rem vacuum impendit, hostilem terram ingressus forsan solus sine ullo comite, in quâ non ita pridem ducentos viros jugulaverat. Quod si latere voluit inter Philistæos, profectò fugere debuisset Gethæos, quorum necavit volumem

Ovid. in ep. Heroicum ep. Helena.

Quia regum multæ sunt aures, multi oculi.

multi oculi.

columnen Goliathum. Cogitaverit David: Cognati eadem illam ulciscuntur mei capitis periculo. Deinde Goliathi gladius utique notissimus à multis sæpe cum admiratione spectatus, hanc fugam. proderet potuisset facillime.

Necessitas Davidem adiecit, ut in fugam consilium caperet desperationis plenum. 1. Reg. c. 20. vers. 8.

De Davide rumor & suspicio. 1. Reg. c. 21. v. 7. & 12.

Sed Davidem hic excuset necessitas, quæ non infrequenter eò adigit, ut consilium quis capiat desperationis plenum. Fugit igitur ad Achis, qui Saulèm plus timuit quam Achis, apud quem latitaturum se speravit. Quod si cadendum esset, maluit hostili dextrâ, quam iratâ Saulis manu cadere. In eum sensum jam antè dixit Jonathas: Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Deinde Goliathi gladium potuit abscondere. Majoris periculi fuisset ad alios populos Saulis non inensos fugere, inter quos Israëlitarum complures habitabant, quibus nequisset David esse ignotus. Idcirco ad hostes transit, & regi Achis se suaque obsequia per optimates tradidit, stipendia, si placeret, sub eo militiæ facturus. Placuit, sed non diu. Mox orti sermones spargebantur: Nunquid non iste est David rex terre? Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saul mille, & David decem milia? Possuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Gerh. Hic rumor ipse aulicos crescens Davidi dixit: En etiam hic proditus es; actum est de tuo capite, nisi Deus in arenâ suggerat consilium. Hoc unum igitur in mentem venit, simulare insaniam, quâ visâ facillè cogitaturi sint aulæ proceres: Hic sanè non ille David est, tam cordatus & prudens, tam acer & bellicosus, totius Hebræi agminis decus, regis gener, non adeò incomitatus iussit ad hostes. Hoc ergo consilium in rem visum est expeditissimum.

Unde simulatio inania. Ibid. v. 14. & 15.

Aulæ ejicitur & aliò fugit, Deum benedicens. Ps. 33. v. 1. Vers. 18. & 19. Vers. 20. Vers. 13.

Quocirca simulans insaniam, os sædè diduxit, oculum huc illic jecit, ore spumavit, carbam salivâ perpluit, manus in januam impexit, in terram corruit. Viso Achis hoc spectaculo exandescens: Quare, inquit, adduxisti eum ad me? an desunt nobis furiosi, quod introduxisti istum, ut fureret me presente. Hicne ingredietur domum meam? David igitur quamprimum aulæ ejetus est, quod ipsi optatissimum fuit, nam ita imminente mortem declinavit, aliò maturâ se rugâ protripuit. Ubi præsens hoc periculum evasit, trigefimum tertium psalmum composuit: Benedicam Dñm in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Clamaverunt justi, & Dominus exaudivit eos. Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sũt corde, & humiles spiritu salvabit. Multa tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Redimet Dominus animas fervorum suorum, & non delinquent omnes, qui sperant in eo. Non delinquent, inquit, non quòd nozarum nihil contracturi, sed, non abertabunt à scopo, non deficient in cursu, quò destinârunt, pervenient, non suis sed Dñi viribus freti. Cùm autem necdum periculorum finis ullus concederetur, psalmum quinquagesimum quantum scripsit: Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo, totâ die impugnans tribulavit me. Conculcaverunt me inimici mei totâ die, quoniam multi bellantes adversum me. Quâ in re identidem ad Deum per preces confugiendum esse docuit. Quòd Deo etiam vota nuncupârit, ex illis verbis liquet. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam. In quacumque die invocavero te, ecce cognovi, quoniam Deus meus es tu. In Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo. Omnes in aulâ me amentem & fatuum credunt: non refert; modò Deus sermones meos intelligat. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Ergo David lapidibus securi apud Gethæos nihil reperit, quapropter inde in specum Odolæam se recepit, quò etiam parentes ejus, & septem fratres, & quatuor filii, duarum fororum convenerunt. Pater vir nonaginta quatuor annorum, hanc filii sortem non potuit

non acerbè sentire ut suam. Nam Saul ipsos etiam parentes Davidis, omnemque familiam ejus variè cepit exagitare, cùm furiosus rex suummet ipse filium nisi sit confodere, ut per mortem filii vitam impeteret serui. Hinc Davidis familia omnis coacta est ad Davidem veluti ducem desertorum convolarunt. Uti hodièque fit, cùm quis rixosam nimium uxorem, aut æs alienum, & multa habet nomina, cùm filius à patre, servus ab hero, discipulus à magistro, irâ inter eos intercedente, discordare incipit, mox inde profugiens nomen dat militiæ: ita ad David conveniunt omnes, qui erant in angustiâ constituti, & oppressi à alieno, & amaro animò. Una salus miseris, nullam sperare salutem. Et factus est David eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quingenti viri.

Desertorum coacta dux.

1. Reg. c. 21. vers. 2.

Illustris Dei providentia erga Davidem in aulæ regis Achis. Et in missione exercitus.

Divina Providentia illustrem sese exhibuit, quæ eam regi Achis mentem injecit, ut à fatuis abhorruerit, nec fictam insaniam adhibita pervestigatio deprehenderit. Simul etiam eadem divina Providentia Davidi hominum miserorum & obætorum submisit aliquantillum exercitum. Hi quidem milites non valde laudandi, sed ob eos non videtur dux eorum reprehendendus, qui hos volones ad se ultro concurrentes sub signis habuit: necessitas hic aurigata est. Cùm enim Saul Davidem tam iniquè insectaretur, coactus est opem quamcumque oblatam non respicere. Necessarii sanè fuerant hi milites ad prædas quotidie comprehendas, duci & eius familiæ alenda. Nec facile volatium hoc agmen nisi exercitu grandiore potuit deleri, qui dum scribitur, dum ducitur, hæc velutum cohors fugâ sibi commodissimè potuit consulere. Ita David jam unctus rex pauperimum militem, aut ducem agere cogebatur.

Sed hic maximi momenti præceptio instillanda, ac eo ferè modo, quo Christus difficiliora captu tradebat: Qui potest capere, capiat. David servavit vitam eâ unâ patientiâ, quâ stultus haberi sustinuit. Quòd si rem ad Ethicæ leges examinemus, cum Antonio pronuntiabimus: Stultitiam simulare loco, prudentia summa est. Id plurimis reverè summè profuit. Lucius Junus Brutus vir oppido sapiens metu Tarquinii stultitiam simulavit. Hic reges exegit, Romam in libertatem asseruit, primus consul in acie excubavit. Illius interitum urbs tota, toto anno luxit. Solon Salaminus, cùm capitale Athenis esset rogare legem de insulâ Salamine asserendâ, habitum lymphatici prodit, & præconis voce carmina recitavit, quæ suaderent Salaminem gladio repetendam. Persuasit, impetravit. Vlysses ne ad bellum Troianum cogere proficisci, amentiam simulans, impares animantes stivâ junxit, litus aravit, salem seminavit. Hi profectò viri persapientes, consultissimi stultos se haberi voluerunt suo bono. Potuerunt dicere, quod addidit Paulus: Nos stulti propter Christum. Nam quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret. Hæc eò dicimus, ut Humilitatis apicem & fastigium monstremus. De Humilitate volumina bene magna extant conscripta. Laus illius nimium quantum ampla & copiosa, gradus illius multi & diversi, præceptiones & documenta plurima. Quis hæc omnia legat, quis lecta retineat? Quid ergo breviter summamque dicemus? Verbo expeditam: Optimum Humilitatis compendium ac brevium est: Non plus seipsum aestimare, quam stultum. Hæc omnium humilitatis sapientium vox est. Sapientissimus Ecclesiastes luculentè: Pretiosior est, inquit, sapientiâ & gloriâ, parva autem tempus stultitii. Notum est illud Annæi Senecæ, de seipso

Matt. 11. vers. 12. Stultitiam simulavit David servavit vitam.

1. ad Cor. 1. 4. v. 10. Ibid. 1. 1. v. 27. & 28.

Non plus seipsum aestimare quam stultum est compendium. Eccles. 1. 10. v. 1.

affirmantis: Si quando fatuo delectari volo, non est mihi longè querendus; me video. Venusini varis follers præceptio est: Misce stultitiam consilii brevem; dulce est deessere in loco. Socratis præclarum monitum est, ut sis beatus, te alicui stultum videri sine. Atque hoc compendium, hoc humilitatis fastigium est, seipsum in stultorum tribu censere, nec iniquè ferre, ab aliis albamentis hominem haberi. Quisquis hac se cogitatione armaverit, omnes tolerabit injurias, quascunq; concoquet calumnias, omnium hominum arrogantia & contumacia se submittere. Vitiorem mater superbia non ei nocet. Non loquimur de simulatâ sanctorum hominum stultitiâ, quâ mundum deceperunt Simon Salus, Paulus Simplex; Marcus Saulus, Salvanus Simplex, Jacobus Turertinus, alij: sed fermè nobis est de illâ Pauli hortatione: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapiaentia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Nos stulti vestro & sacro edicio habemus in hoc mundi teatro, idque propter Christum crucifixum, quem simplici & incultâ dictione prædicamus. Nos stulti propter Christum, vos vobis prudentes estis ob doctrinam & eloquentiam, nos vero stulti. Sed obijciat quis: Quomodo mihi hanc persuasionem induam, ut stultum me credam? Deus mihi perspicacem intelligentiam, præ multis, reor, concessit; quâ ergo me stultum dicam? Quælo te, mi bonè homo, quomodo Salomon sapientissimus omnium, de seipso potuit affirmare: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum. Dices fortassis: Erravit Salomon, & stultitiam commisit gravissimam. Nunquamne nos erramus? & nihil unquam stultitiæ committimus? Sunt qui velint hæc verba Salomonis esse jam penitentis, & ex idololatriæ & libidinum voragine vocati. Sed potuit etiam ante lapsum ex verâ humilitate, atque animi demissione verissimè pronuntiare: stultissimus sum, si mea, si mea, si, quæ ex me habeo, si, quæ proprio studio collegi, seculo Deo spectem. Idcirco addit: Sapientia hominum, seu more aliorum hominum parta, non est mecum, non enim meâ industriâ, meoque Marte obtinui sapientiam, vel scientiam sanctorum, qualis solet Prophetis sanctis instillari; sed si quid nactus sum scientiæ, seu humanæ, seu divinæ, id omne didici & accepi à Deo. Deinde, stultissimus sum, inquit, virorum, si conferar cum aliis, qui Dei sui que cognitione, saltem actuosâ illâ me longè præcellunt. Rursum si sapientiam meam etiam si maximam, cum ignorantia meâ, vel cum sapientiâ divinâ comparem, cum illa infinitè ab istâ differat merito me stultum potius, quàm sapientem venditabo. Simili ferè modo rogatus aliquando Socrates. Quid sciret? Hoc unum scio, quod nihil sciam. Quod audiens alius: Imò, ait, ego ne hoc quidem scio. Voluit ergo Salomon primo loco inculcare, veram sapientiam submissio sui sensu, & verâ humilitate scitam esse. Vir magni nominis in solitudinem contendit, ut Abbatem Mosem videret. Cùmque illum ipsum haberet obvium, quæsit, quæ via duceret ad tugurium Abbatis Mosi? Cui promptè Moses ipse: Quid hoc monstrum, mi Domine, quæris? homo fatuus & hæreticus est. Et cum dicto se proripuit. Vir primarius cognitionem rei certiore capturus, ad vicinum templum interrogans: Dum, inquit, Abbatem Mosem quero, ut illius & aspectû & colloquio fruam, occurrit mihi fenex, qui virum & fatuum & hæreticum esse affirmabat. Num ita se res habet? Cui præfentes: Quo vultu est, ajunt, ille fenex? Ad quæ hospes: Vir longus, & niger, attritis vestibus amictus. Mox alij: Hic ipsissimus est, inquit, Moses Abbas, extremus ofor inanis gloriæ, qui sanctimoniam tam dextrâ regit stultitiâ.

Cleanthus, Laërtio teste, appellatus asinus, convitium nequitiam refutans, se parè esse bajulanda Xenonis sarcinæ affirmabat. Sive quod Zenoni admodum curta esset supellex, sive, quod illius austeritate nihil offenderetur. Sed exemplis non agimus, res liquet. Anno millesimo sexcentesimo decimo nono Colonia liber editus ita fronte inscriptus: *Stulta sapientia, seu sapiens stultitia*. Hic liber volendus ei, qui humilitatis cupit mysteria penetrare. Augustinus unumquemque ad hoc seridè adhortatus. *Dic te stultum*, inquit, *& sapiens eris; sed dic, sed intus dic, quia est, ut dicis*. Nec ullus sibi ipse tam eruditus, sapiens, ingeniosus videatur, ut præceptionem Augustini aspernetur. Quandoquidem Annæus Seneca affirmatissimè dixit: *Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit*. Ergo dic te stultum, & sapiens eris. Et quid opus plurium testimonij? Hoc Pauli apertissimum præceptum est: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens*. Sed tam potens est argutrix Nomina Philautia, ut nec Seneca, nec Salomon, nec Augustinus, nec Paulus ulli facile persuaserint, ut stultum se dicat. Omnes nimium quantum, & nol toto pectore sapiamus. Veritas illa de cælo descendit: *Ne quis sapiens apud temetipsum*. Qui sibi ipsi vel obolo uno pretiosior est, quàm stultus, omne sibi pretium detrahit, nec ad humilitatis fundum pertinet unquam. Hæc sapiens stultitia omnes humilitatis leges complectitur. *Qui potest capere, capiat*. David in Achis aula hoc uno fatuitatis commento, vitam sibi servavit. Ad cælum, & ad immortales delicias compendiarie profus semita est, intelligens fatuitas. *Si quis videtur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat*.

Saul alioqui fastuosissimus rex, certè tamen fallus: *Apparet enim*, inquit, *quod stulte egerim, & ignoraverim multa nimis*. Cuius nostrum conuenit hoc dicere, omnes enim peccamus, & in malis offendimus omnes. Ubi autem multum peccati, ibi multum est stultitiæ. Quàm stultum est illud loqui cum Deo, & interim vagari animo, jocari cum cælo, garrere cum seruo. Atqui tale quid facimus quotidie, cum precari nos credimus, mente tamen evagamur aliò, & videri nihilominus sapientes. Hinc viri sapientes & sancti se fatuos ultro proclamant.


Davidem igitur, sub fatui schemate, denuo libitnam eludere temptamus. At necdum discrimina finis.

CAPUT XII.

David summa pericula evadit.

MITHRIDATES rex Ponti, idiomatum & linguarum viginti duorum peritus, ausus & Romanos bellis fatigare, antequam juvenutem excederet, compluribus & maximis vitæ periculis objectus est. Tutores illum perferoci equo imposuerunt, in speciem ut jaculari disceret, animo ut vitam ei sine vi adimerent. Sed evasit juvenis. Ubi cruentus dolus non successit, veneno eum tollere tentarunt, sed ea ille antidota opposuit, ut venena vim suam perdidissent. Veritus autem animosus juvenis, ne post elusas has insidias aperto Marte pugiones & gladios in se stringerent, simulavit ingens venandi studium: ita quadriennium in silvis & nemoribus transegit, nusquam uno loco diutius nocte unâ moratus. Ita insidias sibi structas vitavit, & in eam se corporis affectionem duravit, ut par fiteri asperis rebus tolerandis omnibus.

Multo tempore David nihil in urbibus inveniens Davidis asyli, in lucis & antris vitam inopem egit. Nam ex alia fuga, aulâ regis Achis bidui itinere in speluncam Odollam fugit. Inde ad Moabitas in Maspha venit, ubi Moabitarum regi parentes suos aliquando alendos commenda-



davit. Ex eo loco, Propheta Gad monente, concessit in Judam in saltum Hareth, inde Ceilam & Ziph abiit. Hinc in deserto Maon sese abdidit, ubi extrema periculis & summum discrimen adiit. Sed & hoc periculum amovit est Deus. Quod hoc capite explicabimus.

§. I.

Ejus cura erga parentes, 1. Reg. c. 22. v. 31. & 4.

In specu Odollā David inter principes curas habuit, parentes, & imbellem turbam in tuto locare. Hinc regem Moabitarum Saulis hostem submisit rogans: Maneat oro, inquit, Pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam, quid faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab. Manseruntque apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in presidio. Inde consensu dato, profectus est David in metropolim Maspha, in ejus presidio collocatus, quod tam ipse, quam Moabitarum adversus Saulis forent tutiores. Dum hic cum suis Quadringentis aliisque mercibus agit, plures è Judæis palantes milites eò convolarunt augmento commodo, ut sexcentorum fieret phalanx. Dum in presidio est David, monetur à Propheta Gad, ut in terram Juda redeat. Nullæ rationes additæ monitioni. Visum est enim monitori satis esse, hoc unicum significare: Noli manere in presidio, proficiscere & vade in terram Juda. Forassis Moabitarum rex aliquid adversus David machinari cepit, ut vel traderetur Sauli, vel occideretur. Idololatris & hominibus impiis fidendum non est. Aut forsan ideo advocatus David, ne illi sexcenti milites idololatricam paullatim combiberent, aut certe ut ipse David graviora passurus, mansuetudinem & patientiam illustriorem exhiberet orbi. Sine causâ nihil fit in terrâ. Sat rationum Deus habuit, sed eas David noluit aperiri. Nec enim Deus facti sui rationem homini solet reddere. Hinc nos per me curiosi non sine noxâ querimus: Cur hoc, cur istud? Quare me Deus sic affligit? cur adversario meo tantum in me licentia permittit? Cur preces meas toties repetitas non exaudit? Sile lingua improba, quid obstrepis Deo? Qui nos sumus, ut cum Deo disputemus? Dei velle, loco omnium caussarum est.

Monetur à Propheta in terram Juda redire, Ibid. v. 5. Monitionis causæ.

David obsequentissimus, quamprimum audiit: Proficiscere in terram Juda, mox loco se movit in silvam Hareth profectus. Ubi Saul inaudit, David denuo visum, incensus irâ, oratione verbosissimâ omnem in David bilem egurgitavit. Nam ad aulicum suum famulitium Convertertus: Audite me, inquit, nunc filij Temini, nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & universos vos faciet tribunos, & centuriones? quoniam fratris omnes adversum me, & non est, qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai. Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi, eò quod suscitaverit filius meus servum meum adversum me insuliantem mihi usque hodie. Ego princeps & rex vester è vestra tribu, tantum benevolentia vobis non obtineo, quantum scelus fugitivus, & in dominum suum rebellis; quod sanè omni honestati adversatur. Tam speciosa, quam falsa oratio. Eâ tamen sic moti Saulis famuli, ut Doëgus, qui hæcenus siluit, in proditorem eruperit dixeritque, apud Achimelechum in Nobæ visum à se David, qui & panes & gladium acceperit à sacerdote. Mox igitur accersitus Achimelech & omnis sacerdotum chorus Noben habitantium. Quos furiosus Saul insuavissimè salutans, & Achimelech in os continuo exprobrans: Quare, inquit, conjurastis adversum me tu & David? Hostem meum cibus & armis juvisti, ut tanto magis contra me invalesceret improbus insidiator. Cui Achimelech modestè: Ex omni aulico, inquit, famulitio dominus meus rex non inveniet, arbitror, fidelio rem genero suo Davide, qui ad omne regis imperium, paratissimus, vel jobentis nutum at-

Proditur à Doëgo ab Achimelecho panes & gladium accepisse.

Saul in Davidem bile effundit. Ibid. v. 7, 8.

tendit. In tam obsequiosa fidelitate, insidias non pritem facile quemquam suspicari posse. Revera rex, mihi servo tuo, super hoc negotio nil penitus innovit. At verò Saul jam pridem violentos ac furentes impetus volutans animo exclamavit: Morte morieris Achimelech, & omnia domus patris tui. Mox ad satellites convertitus: Converterimini, ait, & interficite sacerdotes Domini. Nam manus eorum cum David est, scientes quod fugisset, & non judicaverunt mihi. At verò regii stipitatores velut statua infensiles stabant, nec vel unus omnium admovit capulo manum. Obedire magis oportet Deo quam hominibus, nulli dominorum obsequendum est, cum peccatum jubetur. Saul igitur amens furore & Doëgo præcipiens: Convertere tu, inquit, & irruere in sacerdotes. Converterisque Doëg idumens irruit in sacerdotes, & cruciavit in die illâ octoginta quinq, & septuaginta septuaginta quinq, cæcos. Numeravit, ut credibile est, vos, qui cum sacerdotibus venerant, quam omnes eos, qui ex Achimelechi familia sunt occisi. Neque hic furor regius stetit. Univerfos insuper qui Noben habitaverant, viros feminasque, ipsos etiam infantes, ipsa etiam jumenta jussit interfici. O invidiâ vorago quantos glutit! nec fatiatis.

Potè ex Achimelechi familia unicus effugit Abiathar, qui cruentam hanc omnem tragediam Davidi recensuit. Dum hæc narratur, tristis adest nuntius, qui Ceilam obsideri, & omnem ejus viciniam à Philistæis vastari narrat. David oraculum per sacerdotem consultit, num Philistæis occurrendum? Solebat Deus respondere sacerdoti, qui haberet indutum Ephod, idque non propter Ephod, sed ex promisso. Respondit est: Occurrendum est Philistæis, & Ceilam liberandam. Sed inveni erant milites sexcenti, qui causabantur se parum tutos in Judæâ, quanto minus id sperandum in finibus Philistæis. Eam ob rem oraculum denuo consultum, respondit: Surge & vade in Ceilam, & ego enim tradam Philistæos in manu tuâ. Divina voce mirificè animatus David, Philistæos aggressus, pecore illorum abacto, ipsos pane ad internecionem cecidit, & Ceilam obsidione liberatam ingressus est. Sed novæ mox turbæ. Saul in exitium generi vigilantissimus, quamprimum audiit urbe clausum: Jam, inquit, capta est hæc avis. Mox omnem vim belli ad Ceilæ obsidionem trahere destinavit. David hoc rescians, oraculum iterum interprete sacerdote interrogavit, an Ceilani se tradituri sint Sauli. Respondit: Tradituri. Continuo David cum sexcentis suis excessit urbe, huc illic incerto itinere facturus excursiones. Quod ubi Saul intellexit, prædam manibus elapsam, dissimulavit irritos conatus, tanquam aliud bello parasset, nec Ceilam obsedit. At verò David cum suo milite in tam desertas solitudines delatus est, ut nec panis, sed nec aquæ, nec comestis quidquam potuerit illic inferri, sed nec diu uno in loco subsistit. Silvam rupesque Ziph subiens mox hospitem, habuit amantissimū Ionatham, qui ad ipsum sedulo revisens, & ad toleranda quævis acerba animans: Ne timeas, ajebat, savam sed inanem patris mei sedulitatem. Fide Deo, non comprehenderis. Te regem Israël sua pronuntiabit dies: Ego à te secundus ero, ita bene spero: neque hoc pater meus ignorat. In eam rem alter cum altero fœdus inivit favente Deo. Et David quidem in nemore permansit, Ionathas dpm rediit. Mox autem Ziphæi cives in adulationem projecti, iter susceperunt ad Saulem in Gabaa, & eblandientes ei nuntiârunt: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis silvæ, in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desideravit anima tua, ut descenderes, descende, nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus regis. Ad quod Saul promptissimè: Benediciti vos à Domino, inquit, quia doluistis vicem meam. O pium nequam, b colubrum amabili & picto volumine

Marginal notes on the right side of the page, including references to 1. Reg. c. 22, Achimelech, Saul, and other biblical figures.

mine tortuosum. Addit Saul: *Abite ergo, oro, & diligentiis preparate, & christus agite, & considerate locum, ubi sit pes ejus, vel quis viderit eum ibi, recogitat enim de me, quod callide insidiet ei. Considerate & videte omnia latibula ejus, in quibus absconditur, & revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum: quod si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda.* Ziphæi accepto imperio reversi velut venatici canes indagaverunt omnia. At verò David solitudinem & solitudine mutans, in desertum Maon cum suo milite se recepit. Mox adfuit Saul cum exercitu, & ita cinxit hoc latibulum, ut nulla penitus relicta sit spes evadendi. Inklusus magis & vallatus erat David, quam in domo sua. Jam igitur actum est; effugii locus nullus est. Nec efferi quidquam, nec inferri potest. Spes elabendi omnis decollavit. O mi David nunc temerari tuorumque pereuntium, miseremur & collacremur. Modus juvandi nullus est. Vos veluti feras Saulis in vine clausit: capti estis ad unum omnes. O bonæ victimæ, jam vobis culter imminet, jam ad macellum & ad aram statis, petiistis omnes, regio gladio cadetis. Nec nec ipsa vos salus juverit.

Sed ò Dei providentiam ab omni æternitate pervigilem, & ò Dei potentiam infinitam! Dum David in omnem horam cruentas Saulis irruptiones metuit, subito ad regem Saul nuntius pervolat, qui presentissimum ab hoste periculum indicat, rogansque & urgens regem: *Festina, inquit, & veni, quoniam insuderunt se Philistinum super terram.* Continuo Saul periculis gravissimis coactus obfidione ceptam jam jam; ex voto finientem solvens abiit rebus irritis. Ita David cum suis omnibus jamjam jugulandus, liber & incolumis evasit. Jam unguibus sevi Leonis hæserat, jam dentibus lace-randus erat, & tamen ei potentia Numinis libertatem subitam concessit. Considerate hic, obsecro, admiranda Dei opera, & vigilantissimam momentis omnibus providentiam. Sed hic ordine stricto documenta pauca expendamus.

Primum, Obedientia Davidis eximia. Monuerat eum Propheta nondum fat notus, rediret in regnum Juda. Nullas huic monitiones adiecit. Objicere potuisset David suum suorumque periculum, si ipse Sauli vicinior, illi à Moabitibus remotiores irent. Nil obduxit David, sed obediit promptissimè. *Non enim attendit verus obediens, Bernardo teste, quale sit, quod præcipitur. Vir obediens loquetur victorias.*

Alterum, Adulatio aulica quid tragædiarum non excitavit? Octoginta quinque sacerdotes occisi, urbs Nobe intereccioni data. Doegus unus assentator regis hanc Camerinam movit. Ita non raro voces paucule damnum creant in omnem vitam luendam. Dicitur Pſaltes attestatur: *Dilexisti omnia verba precipitationis, lingua dolosa.* Præcipationis verba sunt, quibus alter alterum fraudulenter trahit in exitum. Addit David: *Propterea Deus destruet te in sinem, evellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.* Impunè non feres venenatos lingue sævientis morsus. Hoc David omnibus iis occinit, qui adulando, mentiendo, obrectando, mordendo calumniando alios in exitum conantur precipitare.

Tertium, Invidia fructus multò deterri. Peccatrice sanè Achimelechus, quod neutriquam asserendum: quid illius tota domus, quid tot innocui sacerdotes, tot cives, tot innocentissimi infantes, quid tota urbs Nobe deliquit? Sed invidia, etsi oculatissima videatur, oculis tamen & auribus caret, inde in omnem rabiem efferrata truit. Sed advertite, obsecro, qui Deus pessimam Saulis voluntate usus ad puniendos Heli posteros. Divina maledictio in nepotes, abnepotes, & pronepotes nondum fuerat sopita. Consideranda simul etiam admiranda sacerdotum illorum patientia. A viro

unico octoginta quinque viri caduntur, nullus resistit, nullus quiritatur, nullus recusat mori. Hinc à nonnullis martyres censentur. Quis autem perveritissimam Saulis nequitiam satis demiratur? Præceperat illi Deus, ut quidquid esset Amalecitarum, perderet, eorum regem occideret; huic tamen vitæ gratiam fecit & meliora in prædæ jubentis injuriam servavit: hos verò sacerdotes nec verbulo lædendos, unico, sed nimis quam crudeli imperio regulavit omnes, viros & liberos, aliquot innocentum millia contrucidavit. Vel inde liquet, quid indomitus possit affectus, uti sunt invidia, ambitio, iracundia, luxuria; ubi hæ pestes, & vel harum unica occupat animum; jam vale cælum, valete superi, vale Deus, salvete inferi. Affectus vitiosus cum jam sui juris & liberatis est, eò impellit hominem, ut vel in apertos ruat inferos, contempto cælo. Nullum horret nefas ambitio, nullum invidia. Saul invidia deterrimo affectui obsequentissimus, B susque deque habuit, quid vellet, juberet Deus. Tales nos sumus, cum maligno impetu animi abripimur, quodcunque veritum pro licito interpretamur.

Quartum, Mansuetudo Davidis maxima. Cum enim ei Abiathar sanguinolentam Tragædiam, tot facterdotum funera, vacuatam cædibus urbem, narrasset non ille mox in iras assurgere, bilem evomere, diris devovere, non centum millia diabolorum (quod nos solemus) in auctoris caput detestari: sed seipsum accusans: *Ego, inquit, sum reus omnium animarum domus patris tui.* Reum se proclamat, etsi remotissimam huic cædi ansam præbuerit; idque ignarus securitæ tempestatis tam cruentæ. Nimirum quod Gregorius dixit: *Bonarum mentium est tibi culpam agnoscere, ubi culpa non est.* Ita David: *Ego, a reus.* Et reus non erat. Quod enim fecit, necessitate adactus fuit. Memento igitur Domine David, & omni mansuetudinis ejus. Neque enim injurias suas adversus Doegum aliis ultus est armis, quam oratione & mansuetudine. Eâ namque occasione psalmum scripsit quinquagesimum primum. *Quid gloriaris in malitiâ qui potens es in iniquitate? Doegus eò prolapsus est iniquitatis, ut hoc facinore patiato, non ingemuerit, non sacco & cinerem arma penitentia sumpsit, sed insuper etiam gloriarus fuerit, tanquam fortium virorum opera ediderit. Sed expecta, paullulum, Doège, & tua tibi veniet dies, non impunè tibi erit tam barbarum & immane facinus: sicut tu Achimelechii familiam trucidasti, ita te tuamque trucidabunt alii. Sæpicule pœna scelus quanto tardior comitatur, tanto gravior. Consuevit Deus moram supplicii compensare supplicii augmentis: Scelus punit, sed severus. Iusti, Doège ridebunt te, quod Saulis potentia, tuisque opibus non Deo fretus oppresseris insontes non multo tempore. Tu interibis æternum. Tuum erit epitaphium. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prevaluit in vanitate sua.*

Quintum, Fiducia in Deum nunquam deponenda seu cælum ruat, seu terra; sive omnia misceantur in horrendum chaos. Summum hujus fiducia mysterium est in rebus etiam minimis. Cum in extremâ starete regulâ David, cum omnia undique viderentur desperatissima: jam conclusus, jam reti involutus, jam unguibus fixus hærebat, nec effugiendi rimula patebat ulla; subito Deus adfuit, ostenditque nunquam sibi complures modos deesse, quibus suos in libertatem asserat, in summis periculis, in mediis flammis servare novit illætos. Undique & undique vallatus erat David; militum jamjam irruptorum gladiis obsciendus. Sed eo ipso tempore, quod credibile, orabat David illud animo volvens: *Ego autem speravi in misericordiâ Dei in æternum, & in sæculum sæculi.* In extremo res apice ver-

Demiranda Saulis nequitia.

4. Mansuetudo Davidis maxima.

1. Reg. c. 22. vers. 22.

Pf. 131. v. 1.

Pf. 51. v. 3.

Pf. 51. v. 9.

5. Fiducia in Deum nunquam deponenda.

Pf. 51. v. 10.



fabatur. Repente Philistaei irruptionem faciunt, Saul A
 avocatur, exercitus abducitur. Ita David evasit liber,
 ita conatus Saulis elusi, ita Deus carnificina suos sub-
 duxit, Fidendum Deo se ferer. Nec enim unquam tam
 arcta res esse possunt, qui fiduciam in Deum exclu-
 dant. Sæpemis David angustiis pressus, fidebat ta-
 men Deo, & hunc in modum canbat: *Deus in nomi-
 ne tuo saluum me fac, & in virtute tua judica me. Deus ex-
 audi orationem meam, auribus percipe verba oris mei; quo-
 niam alicui insurrexerunt adversum me, & fortes quesierunt
 animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum
 suum. Ecce enim Deus adjuvat me, & Dominus susceptor
 est anima mea, &c. Quoniam ex omni tribulatione eripui-
 sti me, & super inimicos meos desepxit oculus meus. Porro
 in gratiarum actionem cantandum cum Davide: Ani-
 ma nostra sicut passer erepra est de laqueo venantium, la-
 queus contritus est, & nos liberari sumus, Adjuvatorum no-
 strum in nomine Domini, qui fecit celum & terram. Benedi-
 ctus Dominus qui non dedit nos in captivum dentibus eorum.*

Fiducia
 Davidis in
 Deo in su-
 premis an-
 gustiis:
 Ps. 53. totor
 Et gratia-
 rum actio.
 Ps. 123. v. 7.
 Ibid. v. 8.
 Ibid. v. 6.
 Ps. 12. v. 1.
 Ad Rom. c. 5.
 vers. 5.
 Eccl. c. 2.
 vers. 11.
 Cassiod. in
 Psalms.
 Ps. 30. v. 1.

nec illi sexcenti omnes in familia Martis censerit pote-
 rant. Nam inermes aliqui, plerique fugitivi, fame ex-
 hausti, plures parum animosi. Hinc David in extremo
 vitæ discrimine verfabatur. Dum autem Saul exerci-
 tum ducens de viâ nonnihil secessisset alvo citante, ig-
 narus in hoc ipsum spelæum delatus est, ubi David cum
 sexcentis suis latuerat. Fortè fortunâ hæc specus angu-
 stiorum & cæcum præbens aditum, in magnam sese
 diffundebar amplitudinem. Hinc nulla Sauli oborta
 suspicio latitantium copiarum. Quâ in re divina se
 Providentia, tam amantem suorum, quàm vigilantem
 pro suis, mirissimè ostendit. Nec dubium quin Saul
 putâret, in illud cavum caelo pluvio pecus agi, nec
 quemque hostium illic delitescere, cum proximè viam
 fuerit. Quod autem hæc viderit, nec audiverit arma-
 tas copias in id latèri immerfas, partim curvum &
 exercitus transire, partim subita à sole digressio in
 causâ fuerunt.

In spelæo
 devenit ubi
 David latebat.

Quantumcunque res turbulentæ sint & desperatæ,
 spes & fiducia in Deum nunquam est abjicienda. Ple-
 rumque ubi spei humanæ nihil est, auxilii divini pluri-
 mum est. *Qui confidit in Domino, sicut mons Sion, non
 commovebitur in æternum. Omnia si perdas, ô Christiane,
 fiduciam servare memento. Fiducia seu robustior
 spes non confundit. Scitote, quia nullus speravit in Domino,
 & confusus est. Præclare dixit Cassiodorus: Magna con-
 tra diabolum arma sunt, in suis viribus fiduciam non habere,
 sed Deum rogare, qui adversarium posse opprimere. Quoti-
 die pro se quisque animo dicat, In te Domine speravi,
 non confundar in æternum.*

Rabbini more suo hîc mirè nugantur, Davidem à
 Deo quæsisse, cur in orbe pariatum esse muscas, stultos,
 araneas? Ad hæc Deum respondisse, non frustra, sed
 orbis bono hæc condita, idque usu fore cognitum. De
 muscis quidem, vel inde id constare ajunt. Cum Sauli
 dormienti David poculentis & hastam adimeret, inter
 Abneris pariter dormientis pedes incautum pedem
 posuit, non facillè retrahendum, nisi excitato Abnere,
 quod erat tota in se castra concitare, hæc repente musca
 id effecit mortu, ut Abner pedes diduceret, ita David,
 ajunt, evasit indemnis. Stultos & stultitiam usû esse in
 Achis regis aula expetitus est David, ubi stultum si-
 mulasse, unicum vix præsidium fuit. Tertium paulò
 priùs finxit Rabbiorum deliratio. Davide specum
 ingresso aditum omnem aranearum telis prætextum,
 ne recentis latebræ suspicio esset, quod de Felice bea-
 to Martyre verus prodit historiâ, sed mittamus Rab-
 binorum somnia.

Rabbini
 nugæ de
 muscis,
 stultis &
 araneis.

CAPUT XLII.

Paratissimam David vindictam negligit.

David in
 ulciscendis
 injuriis
 negligens.

THEODOSIUS Imperator interrogatus, qui tan-
 dem sermones de se tam sinistros & maledicos,
 nec facta multò meliora tolerare possent; nec enim ju-
 stitiæ displiciturum, si homines oris tam improbi è
 medio tollerentur: Utinam ego possim, inquebat,
 vel mortuos ad vitam revocare! Vox Cæciliæ digna.
 Nam & Antisthenes dicere solebat: Regium est, cum
 feceris bene, audire malè. Quemadmodum triam pri-
 sci Lacones, cum Republicam cuperent incolumem,
 id Deos rogabant, ut injurias possent perpeti. Existi-
 mabant enim, neminem facinus ullum memorabile
 facturum, qui tolerandis injuriis succumberet.

Cùm igitur Saul ad os spelunçæ in alvo exoneran-
 dâ hæreret, milites Davidem vehementer incitarunt,
 faceret demum miseriarum finem, & jugularet Saul-
 em; hoc uno sublato, se omnes fore salvos; nil op-
 portunitus jam posse fieri; oblatum ultrò tempus non
 prætermittendum, ergo facinus pucherimum aude-
 ret. His vocibus, sed & suomet imperu concitatus
 David, tacitus adserpit ad Saulem ut eum occideret,
 id facere cogitârât, quod ipse falsus: *Cogitavi, ait, ut
 occiderem te. Cogitavi, non decrevit. Nam Sauli pro-
 ximus, repente facinus patrandum perhorrescens, o-
 ram duntaxat chlamydis projectæ abscidit.*

Incitant
 milites
 Davidem,
 ut jugulet
 Saulem.

Inter ho-
 mines præ-
 dicandus
 mansuef-
 ctissimus.

Rex David inter omnes profectò reges, imò inter
 omnes penè homines prædicandus rex mansuefctissimus.
 Injurias concoquere, seipsum frangere, veniam dare
 hostibus, vindictam subfringere noverat exactissimè.
 Habuit is hostem capitatissimum jam suæ potestatis,
 obterere eum ut vermiculum potuisset, jugulandi
 Saulis paratissima erat occasio. Fuerunt imò, qui ad
 eam cadentem impellerent & stimulant. Nec defuit
 cogitatio: Occidar, si non occidam. Jámque manus
 injustæ prutiebant ite in Saulis jugulum, & tamen
 continuit se David contentus particulâ chlamydis ab-
 scisâ. O regem verè mansuefctissimum. Ita David ex-
 pediatissimam sui ulciscendi opportunitatem animo in-
 genti negligit, quod jam explicatius trademus.

Vix iltud fecerat, continuo percussit cor suum Da-
 vid, veluti reverentiam regi debitam temerasset; &
 mox ad suos reversus: *Propitius sit mihi Dominus, inquit,
 ne faciam hanc rem. Deus illum objiciet morti; sua il-
 lum dies auferet. Absit à me, ut ego sanguine regio
 manus meas polluam. At milites Davidis has religio-
 nes, & hos conscienciæ metus non capiebant. Quo-
 circa ipsi suas manus huic facinori consecrare paratissi-
 mi: Si tu nolis, inquit, nos in eum irruemus. Hic
 David suum militem modis omnibus coèrcere studuit,
 alioqui rex certò animam eiecisset cum alvo.*

Abscisio-
 nis passi-
 tet.
 Ibid. v. 7.

Milites
 coèrcere
 studet.

§. I.

Se in loca
 ruta con-
 fert.
 Saul eum
 insequitur.

DESERTO Maon in loca tutissima se David contulit,
 ubi semitæ tam difficiles, angustæ, præcipientes oc-
 currunt, ut solis ibicibus sint apertæ. Ubi verò Saul
 audiit Davidem è Zypheo nemore cessisse, tria millia
 selectissimi militis ad signa convocavit, cum David
 vix sexcentos sub signis duceret. Quâ quidem ratione
 uni adversus quinque milites pugnandum erat. Sed

Ubi Saul aliquantulum à specu digressus David in
 apertum prodiens ex antro vociferari cæpit: *Domine
 mi rex. Respiciens Saule, David prono corporis flexu
 adorans regem: Quare, inquit, verbis obreçtatorum
 credis? Non insidiatur tibi gener tuus, rex magne, sed
 insidias patitur. En ipse hodie tuis vidisti oculis, quis
 meus sit in te animus. Jam in manu meâ eras, & cogi-
 ravi, ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi &
 statui nunquam inferre manus meo Domino. Imò vi-
 de, pater mi, vide, & propius intueri partem tuâ
 chlamydis in meâ manu; unâ eademque operâ te ju-
 gulare potuissim, quâ vestimenti tui limbum præscin-
 dere.*

Ibid. v. 9.

David quâ
 ejus in
 Saulem
 animus de-
 clarat.

Ibid. v. 11.

Deo vi-
 diciam ex-
 pectare non
 vult.

dere. Agnosce demum, obsecro, nihil à me hostile cogitari, nullas tibi à me insidias strui, quod tu tamen in me machinaris, idque unum agis, ne ego vivam. *Iudicet Dominus inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te; manus autem mea non sit in te.* Verbo veteri iactatur: *Ab impijs egredietur impietas.* Ego igitur dextram à te meam abstinere, Dominus vindex omnium est. *Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum persequeris & calcem unum.* Sed ego hanc omnem causam arbitrijs divinis committo, ad Dei nutus me totum fingo & accommodo. Dei tribunal specto, Potens est Deus tuas omnes contra me molitiones retundere. Finierat David, & continuo Saul blandissime: *Fili mihi David, ait, agnosco voces tuas. Et mox sonoro verberavit fleu (videte crocodilum lachrymas) jamque sermonem cœptum resumens: Iustus inquit, tu es, quam ego, tu enim mala que intuli, beneficijs superasti, ita me virtus triumphat. Hoc insuper hodie addis benevolentia, & ingenue detegis, quam mihi feceris vitæ gratiam. Non distiteor, in tuam me potestatem Deus tradidit occidendum, & tamen tua mihi pepercit equanimitas. Quis ille, qui suum inimicum cædi tam opportunum inveniat, & incolumem dimittit? Remuneretur hoc Deus, referatque tibi parem gratiam. (O voces vulpinas!) Et quandoquidem non ignarus sum te Israëlitis regem certo futurum, hoc unum te oro, religione iurijurandi pollicere familiam meam à te non extinguendam, nec nomen meum extirpandum. Neque hoc recusans David jurando se Sauli obstrinxit. Ita Saul domum, David in loco concessit tutiora. Noverat quippe David inconstantiam Saulis, & effrænes animi affectiones, quare non minus cavendum sibi censuit, cum omnia prolixissime Saul promitteret, quam cum mortem minaretur. Diabolus Saulem rexit, & impulit, quoquo voluit; cum diabolo nulla induciæ, pax nulla fanciri potest. Nunquam magis inimicus nocet, quam cum blanditur. Joab Amalnam inter benevolentia signa jugulat, Absalon Amnonem in convivio inter frenum cantus trucidat. Videtur subinde diabolus feriari; fraudes fruct, non feræ. Nonnunquam vim concitandi ad veritatem remittit, ut resumptis viribus tantò potentior infurgat ad nocendum. Huic veteratori nunquam fidendum. Sed hinc nobis triplex nascitur consideratio.*

Prima; Inæqualitas ingeniorum, & inde cura vel neglectus æternorum. Saul tria millia seclorum militum eduxit, ad vestigandum servum fidelissimum, cuius omnis noxa fuit, strenua integritas. E diverso David quibusconque potest modis coercet suos, ne confodiant hostem capitale, qui virtutis nihil, hoc unum habuit boni, in regem fuisse unctum. Quod etiam David reveritus: *Non mittam, inquit, manum meam in eum, quia Christus domini est.* Quod B. Gregorius observans: *Etiamsi, ait, magistratus, aut dominorum quispiam erret, nec faciat, quod æquum est, subditis tamen nequaquam commissum est eis obrectare. Quia subditorum mentes ab omni se peste obrectationis abstinentes, preceptorum vitam nullo lingua gladio percipiunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Idcirco dixerat David: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem; hoc mihi Deus prohibesset, ne Christum domini obrutem.* Deo iudici relinquendus est. Saul cognito hoc tanto beneficio, eliminare debuisset è peccatore, quidquid in eo simultatis latuisset; imò si vel regno resisset, vitæ servatæ gratiam non exæquasset. Verum considera, inquit Ecclesiastes, quòd nemo possit corrigere, quem Deus despexerit. Nonne demum rex Saul post tot luculenta testimonia pro Davide dicta, post tot irritos conatus suos, post tot evidentiâ innocentia David argumenta respicere, omnique odium exomere debuisset? Verum tam constanter nequam

esse solet, quem effectum tyrannis occupavit. Ita si quem ambitio, avaritia, libido, temulentia, invidia, similesque animi pestes corrumpunt, haud facile is eluctatur è luto: posset si vellet; sed qui sibi vim faciant, vix ulli sunt.

Et videte mihi Saul, in summe politicum ad res caducas & fluxas attentissimum, cetera nec pensi habentem. Nil ipsi cura est, quam facinorum veniam à Deo exoret. Illatum multiple Davidi damnum qui faciat, sollicitus est; hoc unum laborat, ne sua post se familia intercidat. O miser quid proderit tibi, si tuum genus inter Hebræos floreat, & tuus spiritus inter diabolos ardeat? Horum talium politicorum ingens ubique numerus, qui omnes curæ & cogitationes conferunt in nugas, somnia & umbras, nihil de futuris, de æternis solliciti: *Vocaverunt nomina sua in terris suis: Quandoquidem ea non sunt scripta in cælis.* Omnia negligit, qui negligit æterna.

Altera consideratio, Davidis mansuetudo & humilitas. Capitelem hostem compellens David: *Pater mi, ait, vide & cognosce.* Etate Saul pater fuit Davidis, nam annum sexagesimum exceleserat, David viginti septem annorum erat. Dein affinitate Saul pater dici poterat, quia socer. Hunc insidiatorem suavissime affatus: *Pater mi, ait, vide. Et quem persequeris, rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum persequeris & calcem unum.* Hebræis vile & exolum animal canis, cane mortuo nil abjectius. Huic sese cõfecit David, imò & pulci. Quid agit dominus meus rex, quòd arma moveat, & bellum gerat cum cane mortuo, aut pulce uno. Non id operæ pretium, nec tanti est familia mea, ut adversus eam bello ceter tantus princeps. Miratus hanc modestiam Chrysostrmus: *Tanta vis est, inquit, operationis se humiliantis, quæ nihil sonat iracundia, nisi nimiam, ut hostem insensissimum frangat.* Quod & Salomon dixit: *Responsio molliis frangit iram.* Eodem teste: *Sicut fremitur leonis, ita & ira regis.* Nam indignatio regis, nuntij mortis, & vir sapiens placabit eam. David vel eo etiâ nomine verè sapiens, quia Saulis iram compressit & lachrymas expressit è silice. *Quid igitur Davide felicius, ait Chryl. qui ex homicida fecit patrem? Lupo ovem, qui fornacem iracundia multo implevit rore: id, non verbis solum, sed & factis, & inclinans se David pronus in terram adoravit.* Summa & mansuetudo & humilitas. His geminis alis in solum evehctus est David.

Notus de Regulo apologus. Ferunt into consilio de rege sibi præficiendo, decretum ab avilius, eam pro regina fore, quæ ceteris celsius subvolaret. Regulus inter volucres minima, alis aquilæ se insinuans in ejus scapulis resedit. Evolat ardea, & ceterarum se visui, non item aquilæ subducit. Nam aquila longè sublimiori volatu aëra tranavit, & cum cerneret nullam avium audere virium periculum ampliùs subire, jam defatigata cœpit descendere. At ecce tibi regulus suâ humilitate illic provectus à scapulis gestatricis recens subvolavit, & vicit omnes. Quo stragemate Basilicum sibi nomen acquisivit. Haud aliter David, pulci & mortuo cani se comparans, eâ humilitate ac mansuetudine in regale solio longè supra Saulem evolavit. Hoc ajo: præsentem habeamus Deum, sequamur nos; hac tali humilitate ac mansuetudine cuncta penetrabimus.

Tertia vindictæ continentia. *Non mihi si centum linguæ sint, oraque centum, satis explicem hanc Davidis cõtra seipsum pugnam & victoriam.* Capitalissimum hostem jam unguibus concluderat, & tamen illi pepercit, potuisset illum ut musculum aut vermiculum obterere, & tamen ei pepercit. Plurima suadebant cædendi, & tamen ei pepercit. Nec suadebant tantum cædem plurima, sed & impellebant, & pane cogebant; ipsius scilicet inimici aspectus, cohortatio militum, metus à militibus ne aversantem cædis Davidem tollerent, deinde facinoris patranda facilitas, præteritorum memoria,



ria, futurorum formido, homicidium à Saule sæpius in Davide tentatum, perpetue infidiæ, nulla usquam locorum securitas. Illa verò cogitatio maximè urgebat; tandem aliquando finem, ut miseris imponeret. Hæc omnia inflammabant, ut auferret quod cogitaret, & tamen expeperit. Taceat jam Tullius suum, quem cælo attollit, Julium Cæsarem, qui solus oblivisci injurias, ipsis etiam parcere consuevit hostibus; eò certe Julij virtus non ascendit, quò Davidis, qui non in se solum iram omnem vindictæque cupidinem extinxit, sed etiam in suis militibus. *Et confregit David viros suos sermonibus, & non permisit eos, ut consurgerent in Saul.* Nos in vindictam pronissimi, cum nostras vires ad lædendum imbecilliores animadvertimus, cælum & terram in subsidium vocamus, super his imploramus vindices, Acheronta movemus. Contrarium rogat David: *Propitiis mihi Domine, ne faciam hanc rem.*

1. Reg. c. 24. vers. 8.

Ibid. v. 7.

Chryf. 10. 1. ho. de Davide & Saule.

David est imitandus in remittendis injuriis.

Hosti non deneganda venia. Paradigma

Pf. 118. v. 137.

Christiano nulla si multas aut odium nutriendum. Col. c. 3. v. 8. Ephes. c. 4. vers. 25. Luc. c. 6. vers. 37.

Chrysostronus hic obijcienda diluens: *Ne deus, inquit, illum nihil eorum affectum sensit; considera, quàm vehementer exasperatus sibi temperavit. Jam cogitaverat Saulem occidere, sed Dei amore compunit se. Hujusmodi sunt Sanctorum animæ, priusquam concidant, resurgunt; priusquam ad peccatum perventiant, reserantur; eò quòd sobria sint, semperque vigilent. Hæc non audiamus tantum, verùm etiam imitemur.*

O Christiani, obsecro, amore Domini IES V veniam dare inimicis, sepeliantur injuriæ, cadant odia, depellantur similitates, inimicitie omnes extinguantur, placeant amor & concordia. Multò generosius sed & lucrosius est parcere, quàm perdere. Et quamvis tempus locûsque vel maximè invitent ad lædendum hostem, cavete tamen opinemini concessam vobis ulciscendi opportunitatem, sed oblatam potius servandi hostis peccationem. Negligimus à se capillatam? in longum ibunt odia, & sub ipsum vitæ finem recrudescunt: periculosissimam profus est, ne ipsi odiis immoria-mur. Quanti fuerunt, qui hærente in extremis labris animâ, jam ad aternitatem ducendi, contumacissimè tamen veniam negarint hosti. Non ignota cano. Sapricius Sacerdos & Nicephorus eivis Antiochenus amici quondam intimi, demum alter ab alterius se familiaritate turpiter disjunct. Nicephorus sapiusculè aciebat, qui veniam rogarent. Accessit demum & ipse Sapricium, atque ad illius pedes abjectus per Christi sanguinem & mortem rogavit, faceret culpæ gratiam. Sed semper rejectus est. Ortâ interim in Christianos sevâ tempestate, Sapricius, quidquid tormentorum admovebatur, constantissimè tulit. Tandem duci iussus est. Nicephorus in viâ hominem aggreditur, & ignoscens per Christum IES V orat, rejicitur. Redit denuo, & idem flexis genibus lachrymisque infusus flagitat, iterum rejicitur. Ita perventum est ad supplicij locum, hic Sapricius mente titubans, cautè interrogat, ob quam perimendus sit? Quia, inquiunt, diis sacrificare noluit. Ad quod Sapricius: Gladium, inquit, abstinete, & promptè facite, quod clementissimi Cæsares nostri iusserint. Impedem, quem in cælo jam fixerat sedissimè retrahens, ejurato Deo idolis fecit, & ad inferos se præcipitavit. *Iustus es, Domine, & rectum iudicium tuum.* Noluit Sapricius iterum ac sæpius rogatus gratiam offensæ facere: Noluit Deus æquissimè supremam mortis beatæ gratiam, noluit jam paratam martyrij palmam & lauream tribuere. Ignoscere, Saprici, noluit inimico, nec Deus ignosceret tibi. Pereat, qui seruari non vult; abeat ad inferos, qui spernit cælum; ardeat cum diabolicis, qui Deo ignoscens iuberi refragatur.

Idcirco, Christiani, quævis potius patiamur, quàm ut contra ullum hominem similitatis aliquid aut odij aut amaritudinis animo nutriamus. *Nunc ergo, inquit Paulus, deponite vos omnia, iram, indignationem, malitiam: Quoniam sumus invicem membra. Dimittite, & di-*

mittite. Non dimittitis? nec Deus dimittet vobis. Certissimum: Male merenti par erit. Neque hic curiosus scrutemur jure an injuriæ malevolum in nos animum gerant inimici: ut ut sit, nostrum est dicere: ignosco, hanc illi offensam condono, mitto hanc noxam, istud & istud & illud animò indulgeo. Si hoc promptè integrèque faciamus, in angustiis licebit cum fiducia magnâ succlamare ad Deum: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Te jubente præmiu reposeo. Propter te sapius, mi Deus, hosti meo de corde meo veniam dedi. Et ego nunc delictorum veniam rogo. Nihil est, quod dubitemus, aut metuamus; veniam certò impetrabimus. Chirographum Christi est; *Dimitte, & dimittimini.*

Pf. 31. v. 1.

Luc. c. 6. vers. 37.

CAPUT XIV.

Nabal is injurias David condonat.

LAPIDES arsisæ sapius sacræ profanæque literæ testantur. Plinius Major id asserens: In Lyciâ, inquit, lapides face tacti, ut lignum ardent. Quod Hebræorum Judicum historia confirmat his verbis: *Ascendit, ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit.* A morte Samueles, ævo Davidis non absimilis ortus est ignis, ad quem viri duo, una femina stabat. Virorum unus ligna, stulam resinæ, & folles ferebat manu, animando igni. Eidem extinguendo femina lac & aquam portabat, unaque vasculum, quo aquam & lac effunderet in ignem. Vir alter ea gerebat instrumenta, quibus difficile conjecisset, sopire voluerit ignem, an excitare, scilicet siphonem, massam niveam & harpagonem. Siphone ac harpagone tam refici potest ignis, quàm dividi & extingui. Nec nescimus in monte Etnâ, Solino teste, ignem & nivem amicissimè simul habitare, servatâ utrinque concordia. Hæc ego symboli vice præmiserim.

David injuriam immemoro.

Judic. c. 6. vers. 21.

Nabal homo horridus, impolitus, agrestis, barbatus, oratione ac moribus asper & durus, oris ferrei, homo pæne lapis, de eo certè dictum: *Factus est quasi lapis.* Vir iste inhumanus, hebes, saxeus, ignem excitavit, qui homines & pecudes hausisset, nisi eum prudens femina sopisset. Primò igitur Nabalem cum lignis, pice, follibus: dein uxorem illius cum aquâ, lacte, ac vasculo describemus. Addemus hîc Davidem cum siphone, massâ niveâ & harpagone. Hic ad Nabalis domum properavit, ut feriret, occideret, mactaret, multum sanguinis funderet; sed in occursum prodeunte Nabalis conjuge, continuit impetum, & restinxit ortum incendium. Hoc igitur capite geminos viros illos Davidem & Nabalem, feminamque prudentissimam Abigailem ita considerabimus, ut à singulis his hominibus præceptionem triplicem hauriamus. Dicendorum summa est: injuriæ Nabalis à Davide condonare.

Nabal inhumanus.

1. Reg. 25. vers. 37.

§. I.

SAMUELE Hebræorum judice defuncto, David cum sexcentis suis è silvâ in silvam errabundus commigravit. Ubi autem intellexit in Nabalis ædibus festum David per diem & convivia agitari ob tondendas oves, decem è suis militibus misit, qui egeno militi sportulas ac stipem pererent, unaque dicerent, se suosque ipsi nihil unquam obtulisse, nihil pecoris abegisse, sed illius potius custodem egisse, quare jam necessitati, & fami non negaret opem, sed daret, quidquid manus ejus inveniret. Nabal homo tam fatuus, quàm opulentus, non tantum eque- stri stipe vacuos, sed contumelios insuper oneratos dimisit. Non obolum, non miculam suppeditans: *Quis, inquit, est David, & quis est filius Isai? Hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos.* Num ego meis tonforibus para-

Nabal nemo tam fatuus, quàm opulentus, non tantum eque- stri stipe vacuos, sed contumelios insuper oneratos dimisit.

1. Reg. 25. vers. 10.

para-

paratas escas potumque auferam, ut viris ignotis dem? Ito, nihil do. His auditis David: Heus, inquit, viri manum admovete capulo. Nabali pereundum est, ita juro, & ejus toti familiae; omnem domum ejus evertam caedibus, & nec cani quidem parcam. Interim servorum quispiam Abigaili dominae narrans, quam inhumaniter & barbarè respondisset herus: Observa domina, inquit, expende viri tui deparcam rusticitatem. Rogaverat David nostrum dominum non grandia, dignus cum suis qui impetraret. Nam viri isti sanè modesti, toto tempore, quo castra nobis vicina habuerunt, nihil unquam de pecore rapuerunt, imò etiam ab omnibus aliorum injuriis nos defenderunt. Quocirca vide quid hac in re agendum, & dum licet, tibi consule. Vir tuus ad finem deduxit nequitiã suam aequè omnibus asper est, nullitas admittit verba. Grande malum imminet huic domui, nisi maturius ei occurrat. His vocibus Abigail exterrita, mox panes, duos cados vini, quinque coctos arietes, quinque modios farinae, uvæ passæ centum sportulas, siccum fuscinae duccentas in viam compoluit. Hac anno-nà oneravit asinos, præcepitque servis, ut maturarent iter, seque præcederent. Confestim ipsam etiam asinã vehens secuta est suos. In occursum properante David, mox è jumento desiliens & ad Davidis pedes accedens, eã oratione animum iratum mollit, ut David continuo placatus, à destinatis caedibus temperarit. Eo die Nabal hilaritati simul, & ebrietati plurimum indulgens, nihil periculorum somniavit. Die altero narravit ei uxor, quid in ipsam tempestatis coxisset David: *Et emortuum est cor ejus intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cùmque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Incendium excitavit vir iste ingens, & auxit lignis, pice, folliis.*

Primus igitur è tribus, quem sumptuosus depingendum, est Nabal. Quem facer historicus his encomiis insignit: Vir ejus durus & pessimus, & malitiosus. Datus erat, agrestis, asper, barbarus, præsertim ob ingratum animum. Nabalis servus ingenuè id falsus: Nec unquam, inquit, oviculum, non ungulam, non flocculum ouiculae perdidimus in horum vicinã: imò pro muro erant nobis, tam in nocte, quam in die omnibus diebus, quibus pavimus apud eos greges. Idem & David asserens: *Verè, inquit, frustra servari omnia, quæ hujus erant in deserto, & non perit quidquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono.* O ingrati animi crimen, quam in orbe liberaliter à diabolo satum copiosè provenis ubique! Quòd si, ait Ambrosius, gratiam homini non referre, simile homicidio est, quantum crimen est non referre Deo? Nec Quintilianus à vero aberrans: *Maximum, inquit, omnium vitiorum signum est ingratitude.* Nabal quia ingratus, ideo tam rudis & inhumans. Et quamvis depulsam cladem opportunè illi narrarit uxor, ille tamen nec uxori nec Deo gratias egit, nec ullam morum emendationem promisit, verissimus stupor. Ita lignis ignem auxit, sed & picem adjectit misericordiã, vir pessimus. Nam etsi nil unquam à Davide commodi habuisset, tamen illi ejusque militibus ejusdem religionis hominibus, ut Israelitis, ut egenis, & in extremã necessitate constitutis misericordiam tribuere, & opem ferre debuisset, præsertim tam modestè petentibus: *Inveniant pueri mi gratiam in oculis tuis.* Sed & immississimus Nabal, nec multum nec modicum dedit; quidquid petebatur, recusabat, omnis commiserationis expertus, verè pessimus & monstrum hominis. Quis enim verò credat, eundem & parcam & prodigum esse posse? Nabal tenacissimus simul & profusissimus homo fuit. Deparcus in eo erat, quòd excubitoribus tam fidis & pauperibus nec vappæ sextarium, nec panem quidem unicum, nec unicum

quidem hædulum dari sustinuerit. Nihilominus deceptor iste sumptus effudit: *Eccè, erat ei convivium in domo ejus quasi convivium regis.* Abigail uxor Nabalis auctoritate suã inde rapuit quinque jam coctos arietes, nec defectus ullus est notatus. Sed ejusmodi monstra tellus alit multa. Sunt homines, qui tenacissimi mul sint & profusissimi, tenacissimi cum egentibus, cum domesticis, cum pupillis & viduis dandum; profusissimi, cum pompa res agitur, cum novæ veltes distandæ, cum convivia apparanda. Transgressiones hinc ubique plurimæ. Anno-nâ charitatem querimus, eam interim prælatis conviviis & vestitu insolentissimum nimium quantum augemus & incendimus. Jam plurimum annorum bellis premimur & exhaurimur, nos tamen vestitios & convivales sumptus non imminuimus, perinde si laudis sit, aut patrimonium in vestem, aut plurimum census in convivium fundere. Minuendus hic luxus, aut certè publicis gradibus multò gravius feriemur. Sed & maledicentia folles inflavit Nabal. Non solum enim vacuos donis, sed & oneratos conviciis dimisit. Repulsam pati, deum: insuper contumelias affici multò durius, læsa patientia sit furor. Si negas stipem, non nega humanas voces, amicum vultum: Ultrumque negans Nabal, & maledicentia folles inflans: *Quis, inquit, est David, & quis est filius Isai? hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos.* Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonforibus meis, & dabo viris, quos nescio, unde sint? Hoc habent morosi & acerbi homines, qui licet maximè sint monendi, minimè tamen sustinent moneri, imò neè quidem rogari. Nabal veluti rubus aculeatus fuit, quem nemo tangit impune, filius Belial, *vi nemo posset ei loqui.* Amplam habet familiam Nabal & plurimos cogitatorum, qui ab ipso minimè degeneres, monitorum impatientes, monitoribus asperi, difficiles & animo intractabili, admonitiones etiam blandas repugnanter ferunt. Ita Nabal linguã improbã velut folle incendium excitavit.

Abigail restinxit ignem. Nam aquam & lac suo utrumque vase attulit. Aquam submissionis & humilitatis affudit huic igni. Nam *procidit coram David super faciem suam, & adoravit super terram, & cecidit ad pedes ejus.* Tam supplici gestu orationem orsa, pene tertio quovis versu Davidem dominum, se ancillã proclamavit. Nec antè verbum prolucuta, quam sibi benevolentia sui auditoris concilians: *Loquatur obsecro, ait, ancilla qua in auribus tuis, & audi verba famule tue.* Deinde sibi, licet innocenti, culpam impingens: *In me sit domine mi, ait, hæc iniquitas.* Itaque vicit perorando, ferè antequam inciperet pugnare. Nullum est incendium, quod aqua submissionis non frenet. *Responsio mollis frangit iram: Sermo durus suscitatur furorem.* Quisquis viderit iracundia ignem in pectore alieno gliscere, mox submissionis aquam affundat, & ignem sopiet etiam vehementem.

Vasaque & lactis prudentia est. Peroravit Abigail perquam prudenter, coloribus Rhetoricæ ac legibus eruditè, prorsus usa. Prudentis ac submissæ orationis membra hæc erant. 1. Improbam mariti stultitiam ab optimo rege non esse attendendã ostendit. 2. Divinam laudat providentiam, quæ animosissimũ principem abstinerit à cæde. 3. Rogat efflicium munus non grande admittere dignetur. 4. Culpam, si quam commiserit, deprecatur. 5. Laudando & optimè precando erudit suavissimè, & dehortatur à cæde: *Quia tu domine mi, ait, prælia Domini præhæris, ideo nil unquam crudelitatis & malitiæ reperiebatur in te. Hinc Deus ab omni hoste ubique te proteget, Eritq, anima domini mei custodiata, quasi in fasciculo viventium, apud Dominum Deum tuum: Vita tua custodietur in numero & congregatione eorum, quos Deus tutela singulari vivos & incolumes, adversus omnem machinationem aut vim*

In conviviis deceptor. 1. Reg. c. 25. vers. 36.

Maximè ab an. 1619. ad an. 38.

In Davidè ejusq; milites maledicentia ignem excitat.

1. Reg. c. 25. v. 10. & 11.

Quem Abigail submissione & humilitate restinxit. Ibid. v. 23.

Ibid. v. 24.

Ibid.

Orationis submissæ Abigailis membra. Primum. Secundum.

Tertium. Quartum. Quintum. Ibid. v. 28.

Ibid. v. 29.

Abigail

Oratione

1. Reg. c. 25.

Nabalis

1. Reg. c. 25.

Depul-

1. Reg. c. 25.

Deparcus,

hostilem servat. Ita contigit Davidi. Nam innumeris praeliis implicatus, & infinitis variorum insidiis appetitus, ope tamen divina semper incolumis evasit: Pergit porro Abigail: *Inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo funda.* Quicunque tibi & Deo (cui tu militas) adversentur, quantumcumque sibi potentes ac sapientes videantur, quia tamen tutela Dei sunt destituti, stabiles nunquam erunt aut securi; sed sicut lapis, vel funda eruitur, aut in funda rotatur, & circumagitur, sic impii angore ac turbine perpetuo implicantur, dum in orcum excutiantur. 6. Prædicat a Deo evchendum in regale solium, & tunc ingenti fore solatio sanguinem innoxium non effudisse. 7. Rogat deam, ancillæ suæ in summa meminerit, cum plenè rerum potitus fuerit. Oratio prudentissima, plena falis & optimi aromatis. Illud in eâ singulariter observandum: *Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium.* Sicut hortulanus colligit flores, stringitque hlo, ne dissiluant, ita Deus sanctiores homines plerumque durius tractat, & vinculis continentia ligat, eos tamen hac ratione servat. At verò hostes solutioris, effrenatae libidinis, impotentis iræ & invidia, singularis arrogantia, ultionis & vindictæ cupidissimi, nunquam tranquilli agunt, perpetuo velut turbine rotantur, denique velut lapides fundæ impositi, in ignem æternum excutiuntur. Atque hac Abigail prudentiâ velut vasculo submissam suam eloquentiam propinavit Davidi. Addidit etiam lac liberalitatis, quod plenâ manu effudit in exortum ignem. Nemo Abigailem audiit dicentem: Nostri convivij finem expectabo, & auferam inde reliquias; hic contenti sunt hi vagi milites. Non ita Abigail; munificè profus largita est: duas vini feras, panes ducentos, quæque coctas oves, quinque farinæ modios, centum fideles uvæ passæ, ducentas ficuum corbularas. Hoc tali laete incendiis sopivit, alioqui vix multo sanguine extinguentium. Nimirum, quod Chryostomus dixit: *Officiorum assiduitate hostes conciliandi sunt. Dare Deo accipere est,* inquit Nazianzenus. Deo autem dat, qui stipem pauperibus non negat.

Tertio loco describendus nobis est David, cujus anceps est aspectus: nam, ut supra diximus, incendiarium siphonem, massam novam, & harpagonem fert manu. Siphonem vomens oleum, submississima erat obsecratio, quæ militum necessitatè appetebat; nil certa stipis præscribebat, non estimationem incendij indicabat, hoc unum petebat; *Quodcumque invenerit manus tua, da servis tuis;* mendici sumus, nec album, nec atrum panem recusamus. Sed hic ipse Davidis lociorumque tantum modestus ac mollis rogatus; iussit convalescere luculentos ignes. Oleum erant Davidis verba, sed quia hominem furibundum offenderunt, in flammam abierunt. Hic porro considerandum, quam David castrensem inter suos disciplinam saxeat; Nabali dici iussit ex vero: *Ex multis annis salvos faciens tuos, & omnia tua, modicum quid peto.* His missi milites ad dederunt: *Nunquam patoribus tuis molesti sumus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo.* Interroga pueros tuos & indicabunt tibi. Deus! quam serâ hæc militaris disciplina! famelici, egentes, obarati stipendiis carebant, & tamen alieni pecoris nil attingebant. O duces, quæ milites, quam ista nihil ad vestros mores sunt? Vos rapinis & deprædationibus omnia confunditis, amicum etiam pecus abigitis, & nudos spoliatis, pauperimos reculis omnibus exuitis, & ut cruenta sint spolia, vitam ipsam rapitis. Hæc memoranda sunt facinora vestra.

Verum & hamâ usus est David, quæ ignem & foveamus, & dissipamus: nam exposito Nabalis durissimo responso, classicum imperans cani; Heus, inquit, milites, *accingatur unusquisque gladio suo. Itac faciat Deus ini-*

micis David, & hac addat, si reliquero de omnibus, quæ ad ipsum pertinent usque manè, nunquam ad parietem: furencibus domum Nabalis opplebinus. Hic quidem David gravius deliquit, sed solâ voluntate: decrevit omnes jugulare, sed nemo unus jugularis est. Pessimè quidem egerat Nabal, sed ejus solius delictum torcedibus non erat puniendum; nec illo jure David in tot innoxia capita sævire potuisset. Peccavit igitur, præsertim cum crimen jurejurando decerneret. Quod Augustinus affirmans: *Juravit temere, inquit, sed non implevit jurationem majore pietate.* E duobus peccatum minus elegit. Ita & Herodes multò rectius fecisset, si sceleratum, quo se obstrinxerat, jusjurandum violasset, quàm quod viri sanctissimi caput amputari mandavit. Ita & nos improbè juramus in lites & aliorum damna, in negandam hosti voluntatem, in inferendam alteri calumniam, aut in istam; & multò improbius iusjurandum istud non edemminimus & relinquimus.

Porro & Massam niveam sed liquatam David, vindictæ veniam, ad hoc incendium attulit. Oratione prudentis fæminæ placatus, omnem iram posuit, omnem ulciscendi cupidinem abjecit, sed eò per notitiam divinæ providentiæ pervenit, cui gratias agens: *Benedictus, inquit, Dominus Deus Israël, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu meâ. Alioquin vivit Dominus Deus Israël, qui prohibuit me, ne malum facerem tibi: nisi citò venisset in occursum mihi, non remansisset Nabal, usque ad lucem mingens ad parietem.*

Ita David Providentiâ Dei luculentam agnoscens, divinæ voluntati suam hæcenus adjunxit, ut in eo solo suavitæ acquiesceret, quod Dei nutu consilioque gestum cogitavit. Hinc nullæ penitus audita super hoc mulieris occurru querelæ. Fuissent, qui dixissent: Quis diabolorum hanc feminarum advenit? turbavit hæc omne nostrum consilium. Nil horum David, sed: *Benedictus Deus, benedicta hæc prudens femina, benedictum potens ejus eloquium.* Ergo Domine, memento David & omnis mansuetudinis ejus. Irâ exacerbatus venerat David, sed iras mox compressit; acerbam animo ultionem coxerat David, sed a femina persuaderi se passus, injurias omnes promptissime condonavit. Nec invalidæ fuerunt hujus mulieris rationes. Duplex ea usæ est argumento. Primum, Talem principem, regis generum, personam publicâ privatas exercere injurias non decet. Aquila non columbulas, non muscas venatur. Hadrianus jam Imperator desit ultionem ex illo petere, quem infectatus fuerat privatus. Cùmque ille alter occurreret; Evasisti, ait Imperator, nec enim mihi amplius licet injurias persequi. In eam rem Ananæus Seneca insigniter philosophatus: *Proprium est, inquit, magnitudinis veræ, non se sentire percussum. Immanis fera latrasum canum lenta respexit: sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat: qui non irascitur, inconcussus injuriâ persistit; qui irascitur, motus est. Plus mihi nocitura est ira, quàm injuria. Quid nò plus & illius modus certus est: ista quousque me latura sit, incertum est. Non possum, inquit, pati. Grave est injuriam sustinere. Mentiris. Quis enim injuriam non potest ferre, qui potest iram? Adice nunc, quid id agis, ut & iram, & injuriam feras. Quare fers egri rabiem, & phreneticæ verba, puerorum protervas manus & nempe quia videtur nescire, quid faciant. Quid interest, quo quisque vitio fiat imprudens: imprudentia par in omnibus patrociniū est. Quid non venit in dubium, quin se exemerit turba, & alius steterit, quisquis despexerit laceffentes. Pumiliones illi angustii & degeneris animi, nil injuriarum possunt concoquere. Spartanâ se nobilitate genitum nemo certius probaverit, quàm libenter ac facillè ignoscendo. Secundum; Argumentum oratricis mulieris: Deum Secundo habet propitium qui propitius est aliis. Res omnium*

Ibid.

Sextum.

Septimum

Quid in hac oratione ne observandum.

Chryf. hom. 48, in Gen. conciliandi sunt. Dare Deo accipere est, inquit Nazianzenus. Deo autem dat, qui stipem pauperibus non negat.

Davidis erga Nabalem obsecratio.

1. Reg. 6. 25. vers. 8.

In milites disciplina.

Ibid. v. 17. 8

In Nabale indignatio Ibid. v. 13. & 22.

Oratione Abigailis placatur. Deo gratias agitur. 1. Reg. 6. 25. v. 32. & 34.

Suam divinam voluntatem adjungit.

Duplex argumentum quo usæ est Abigail. Primum,

Seneca, l. 3. de ira c. 25.

Secundum

nium pulcherrima, addo, & divina, animi moderatio. Nec verò majus est aliquid, nec ferè mirabilius, quàm quòd is, qui multos vicerit, seipsum demum vincat, possitque ignoscere, qui potuit vincere, & incolumes velit esse eos, quos jure velle posset perire.

Athaulphus Gothorum rex, qui Alarico in regnum successit, moderationis hac in re illustrè dedit specimen. Is Romà post Alarici interitum hostiliter repetitâ, in animo habuit eam receptam funditus evertere, divertèque urbem loco statuere, ac Gothium pro Româ nominare, memoriâ Cæsarium omni abolitâ, ut Athaulphi fama noménque in posteros transmitteretur. Sed Placidæ conjugis suâ ad eum est mutatus, ut brevè non hostis, sed apicis urbis, non everfor, sed instaurator sit dictus.

Recentioris est memoriâ, quæ de Gungo. Alphon- sus major Siciliae & Apuliae rex, à Gungo, quibus navali prælio victus, cum fratre ducibusque nonnullis captus, Philippo Vice-comiti traditus (erat tum Genua Vice-comitum) non modò non hostile quippiam ab eo passus, sed amicè & regulariter habitus, amplis muneribus donatus, cum suis omnibus incolumis est dimissus. Pulchrum est reges vincere, sed multò pulchrius est, suis affectibus imperare.

Rex David tam à suis, quàm ab alienis plurimâ perpessus, hoc uno semper plurimum excellit, quia parcere scivit & ignoscere. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Quisquis in se delinquenti facilem condonarit veniam, facilem à Deo impetrabit.

CAPUT XV.

David in summâ desperatione sperat.

DEVS! verè refugium nostrum & virtus, verè adjutor in tribulationibus. David à lapidatione proximè aberat, jam perditus, jam desperatus videbatur, animos tamen resumpsit, & in summâ desperatione, felicissimè speravit. Deus illi refugium & virtus, Deus adjutor fuit. Rem gestam ordine narrabimus.

S. I.

Ziphæis Davidem nequiter prodentibus, Saul cum tribus millibus selecti militis, nemus obfidi- dione cinxit, in quo David latitabat in colle Hachila. Fœdistragus rex nihil eorum, quæ promiserat, servavit. Cum enim vidisset partem sui vestimenti præcisam, ingentibus caelum pollicitationibus onerans, sed & plorans: Scio, inquit, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tuâ regnum Israël. Ita magnifica quæque adprompsit. Quàm autem promissis egregiè stetit? Nam neglectâ nihilominus fide Micholèm, quæ Davidem conjugem per fenestram demiserat, alteri nuptum locavit, nunc novam ortus tragoediam. Quis non diabolum citiùs à malo advertendum putet, quàm homines tam nequiter pertinaces? Ergo David in omnem se partem versans, misit è suis, qui castra Saulis explorarent: Suos exploratores secutus ipse David cum Abisai in regium tentorium clam penetravit. Hic Saulem dormientem & hastam ad caput jacentis fixam reperit. Proximus Sauli Abner, inde alii atque alii in terrâ fusi dormierunt. Hic Abisai ad David: En, inquit, paratissimam occasionem: Inimicus tuus in manibus tuis est. Sine, confodiam illum. At David reprimens virum: Cave, inquit, hoc feceris: quis enim regem sine noxâ interficiat? Deo hanc in illum potestatem permittamus. Sua illum dies rapiet, aut domi, aut in bello occidat. Tu hastam regiam & scyphum aufer: abeamus. Nonnemo hoc loco quaerat: qui tandem fieri potuerit, ut ingressos, & colloquentes nullus dormientium, sed nec excubitorum audierit? Sacer historicos hanc

A assignat caussam? Omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. Jam in montis supercilium evaserat David, cum Abnere Imperatorem & castris Praefectum inclamans: Heus vos, inquit, cur regem non custoditis! Unus aliquis è turba ingressus est, ut illum jugularet. Capitale negligentiam admittistis. Videte, ubi sit hasta & scyphus regis. Dum loquitur, vocem loquentis Saul excipiens: Nunquid vox haec tua est, inquit, fili mi David? Ad quem continuò David: Vox mea est, ait, Domine mi rex. Nunc ergo audi verba servi tui: Si à Deo adversum me incitaris, volentem habes victimam. Quòd si obretractores hanc in me fabam cudent, viderint illi, in quorum terras me ejeciant. Quid turba venatorum perdicem unam insequitur? quid rex Israël pulicem unum quaerit? Hæc Davidis oratione Saul motus: Peccavi, ait, revertere fili mi David; nequam enim ultra tibi malefaciam, eò quod preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hostie. Apparet enim, quòd stultè egerim (vetus cantilena) & ignoraverim multa nimis. Ad quæ David: Hastam, inquit, & scyphum regis hinc vestrum aliquis referat. Dominus retribuet utrique secundum justitiam suam & fidem. Unguibus regem tenui, & dimisi. Sicut autem magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me à omni angustia. Saul verò omni Vertumno & Proteo mutabilior, extemporalem pietatem præ se ferens: Benedictus, inquit, tu fili mi David, & quidem faciens facies, & potens poteris. Ita utrumque discessit est.

At David crebrâ jam calamitate eruditus, & piscator ictus sapuit. Noverat is sui soceri turpissimâ instantiam, idcirco re deliberatâ statuit redire ad regem Gethæum Achis, à quo non ita pridem demissus fuerat ut stultus. Interea temporis rex omnia exactiùs cognovit. David igitur cum suis sexcentis regem adierit, petitique habitaculum in aliquâ urbium regni. Ipsam metropoli plures ob caussas visum est fugere. Ergo rex Achis Siceleg urbem assignavit David, qui quotidianis excursionibus inde institutis, plurimum convendat prædæ, cujus meliora obtulit regi. Placuit ea res, præsertim cum prædâ eriperetur regis hostibus, quos inter Saul etiã censebatur. Eâ de causâ petitus est bello, quod ei fatale fuit. In eo autem bello David è suis regi triarios, prætorianos corporis custodes dedit, quæ obsequia summè placuerunt. Sed horribilis hinc orta tempestas. Nam regii cubiculi proceres, & belli duces indignissimè ferebant hominem non suæ religionis ignotum, exterum sibi præferri. Hanc illæ eorum voces, quibus regi in os opprobriarunt: Quid sibi invidia volumus? Hebraei isti? Revertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium, & fiat nobis adversarius, cum præliari coeperimus. Quomodo enim aliter poterit placare Dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & David in decem millibus suis? Hæc magna fuit invidia, sed pretiosa, & bono Davidis à divinâ providentiâ singulerrimè permessa. Anceps hærebat utique David, suòve oppugnaret, an amicos desereret. Deinde nisi hæc invidia illum à regis copiis amovisset, Amalecitas prædatores insequi non potuissent. Ita hæc invidia Davidi plus boni contulit, quàm omnis regis. Igitur rex Achis procerum suorum invidiâ & nequitia compulsus facere, quod minimè voluisset, accessit ad se Davidem: Viri Dominus, inquit, quia rectus es tu in conspectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris, & non inveni in te quidquam mali ex eâ die quâ venisti ad me usque in diem hanc, sed satrapis non places. Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philistinum. Adversus hæc obducens David: Quid enim sceleris commisi, ait, ut fidelissimis obsequiis meis diffidas, & à tuis me castris submoveas? Cui Achis: Scio, inquit,

1. Reg. c. 26. vers. 12. c. negligentiâ præfectum militiæ incusat. Ibid. v. 18. Agnosci- tur à Saule & peccatû fatetur. 1. Reg. c. 26. vers. 21. David hastam reddidit & scyphum. Ibid. v. 23. Ibid. v. 24. Ibid. v. 25. A Saule benedicitur. David ad regem Achis revertitur. Habitatio- nem rogat & imperat. Excursio- nibus prædâs convehit & cum rege dividit. Inde bello regi indicitur. Procerum & belli du- cum in Davidem invidia. 1. Reg. c. 29. v. 3. 4. Quomodo enim aliter poterit placare Dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & David in decem millibus suis? Ibid. v. 6. 7. Quâ compul- sus rex ad habita- tionem redi- verti jubet. Ibid. v. 6. 7.

Moderatio

Philippo Vice-comiti traditus

1. Reg. c. 21.

1. Reg. c. 22.

David prodentibus Ziphæis

Explorator Saulis castra

Cædè ejus non tuâ est.

Hastam & scyphum regis aufer

quit, quia bonus es tu in oculis meis sicut Angelus Dei: sed principes Philistinorum dixerunt, Non ascendet nobiscum in praelium.

Ita, o reges, o principes a vestris gubernamini consiliariis, vestri porro consiliarij a suis affectibus reguntur & commodis. Sarapis non placet, ergo Spiritui sancto non placet. O non probas Ethicæ leges! Ita David invidiâ excussus cum suis paratissimam fortunam deseruit. Memento Domine David, & omnia mansuetudinis ejus.

Pf. 131. v. 1.

Urberem Si- celeg ab Amalecitis depopula- tam inven- nit & planxit.

1. Reg. 2. 30. v. 3. & 4.

Ovid. lib. de Penio.

Constritatur, Et in Deo confortatur.

Oraculum consult. Amalecitas infequitur.

Egyptium virum du- cem viæ accipit.

1. Reg. 2. 30. vers. 16. Percutit Amalecitas. Ibid. v. 17.

Dum apud Achis regem versaretur David, Amalecitas subito incurfu Siceleg urbem depradati incendunt; Achinoam & Abigailem uxores David omnéque urbis incolae captivos abduxerunt. David his malis superveniens cum suis, non invenit nisi locum urbis, bultum miserabile. Videte, obsecro, mitissimum heroem, clade variâ undique opertum & miserè perditum: Amici inimici deserunt, Judæi & idololatrarum infestant, Saul illum in omnibus latibus persequitur. Invidia eum ex aula regis Achis injectit; apud exteros omnes exosissimus est, meri undique hostes; Siceleg combusta, uxores omnium herique aut abducti, aut occisi. Cum ergo venissent David, & viri ejus ad civitatem, invenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captivas, levaverunt David, & populus qui erat cum eo, vocem suam, & planxerunt, donec deficerent in eis lachryma. De hoc planctu illud Nafonis dici poterit:

Eine carent lachryma, nisi cum stupor obstitit illis, Et similis morri corpora languor habet. Ad complementum calamitatis unum hoc deerat: Volebat populus lapidare David, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis & filiabus. Urbis incensæ culpa impingebatur Davidi, quod omne præsidium inde abduxisset. Quo loco conjunctissima duo perpendenda. 1. Et contristatus est David valde, cum videret jam lapides in se colligi. 2. Confortatus est David in Domino Deo suo. Quidquid calorum ingruat, quantumcunque turbulentæ sint res adversæ, CONFORTEMUR in Domino Deo nostro. Ruar cælum, si dat terra; Deus perennat, Deus dexteram porriget. Confortemur in Domino Deo nostro. Hoc David præsidio nixus, interrogavit oraculum, an hostes Amalecitas sint insequendi. Responsum est, insequendos. Quare nil penitus interponens moræ, cum sexcentis suis fugientem hostem cepit insequi. Ubi ventum est ad torrentem Besor, ducenti milites nimium defatigati, substititerunt. En novæ miseræ; neque tamen animû contraxit David, sed supra vires quadringentis persecutus iter strenuè virum Egyptiû in agro invenit viribus prorius exhaustum, jam pæne umbram hominis, nam tribus diebus, & tribus noctibus nec cibi quidquam, nec potû gustaverat. Hunc David allocutus: Cujas es tu, inquit, & quod tendis? Cui Egyptius, Servus sum, inquit, Amalecitarum. Tumbino meo hic desertus ob morbum nudius tertius contractum. Mox hominem David cibo potuque jussit reficere. Ubi sibi revixisse visus est, interrogavit eum David: Viâne tenes, inquit, num potes meos ad me hostes perducere? Cui Egyptius: Si per Deum, inquit, mihi juraveris, me nec occidendum, nec hostibus tradendum, quod volueris, te ducam optimâ fide. Nil cunctatus David, testem Deum aduocans jurejurando se constrinxit, & ad hostiles copias perductus est. Et ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cunctâ prædâ & spoliis, quæ cooperant de terrâ Philistinum, & de terrâ Iudâ. Sed heu extrema gaudij luctus occupat. Nam percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos & fugerant. Hanc tantam stragem quadringenti solùm viri, & quidem ex itinere fessi, ediderunt. Sic omnia recuperata, uxores, liberi, servi, & quidquid spolia-

rum ab Amalecitis fuerat abductum; nec unico quidem homine desiderato. Ingentem insuper prædam pecoris ante se egerunt milites triumphali carmine cantantes: Hæc est præda David. Ita quem antea lapidibus erant in terram dejecturi, jam cælo evehant. Hinc liceat discere.

I. In manu Dei sita omnia. In manu tuâ, Domine, omnes fines terræ, omnium hominum animæ, omnes divitiæ, omnes victoriæ: Tu, Domine, momento omnia potes vertere. Facile est enim in oculis tuis subito honestare pauperem. Subito, dum non speratur, venit contritio. Subito cecidit Babylon. Sapienter dixit Seneca: Momento mare vertitur; eodem die ubi luserunt navigia, formatur. Esthere in reginam assumptâ omnium Judæorum jugulis laqueus & gladius imminēbat. Decretum jam factum, regis in nullo signatum ad omnes provincias missum, nullo jam valvis fixum, & universis præcipiis imperatum, ut toto Affueri regno, omnes omnino Judæos, senes, pueros, mulieres, parvulos nullo discrimine, uno die occiderent, & bona eorum diriperent. Damnatio capitis certissima. Nil certius omnium Judæorum interitum. Subito non tantum facta vitæ gratia, sed Judæis insuper concessum, convestitione rerum admirandâ, omnes suos hostes interire. Ita hic summus luctus in repentino gaudium mutavit, lachrymæ in cachinnos triumphales vertunt; ita paullo antè David pæne lapidibus insternebatur, jam cælo extollitur: Amalecitas risu & gaudiis fluebat, vino se ac epulis feliciebat. Subito vertit alea, hostes collectos omnem prædam iterum amittunt, jugulantur omnes, ut oves. Israëlita post summam desperationem omnia recipiunt, jam multo quam antè ditiores. Humana vita mare est, momento vertitur. Nullius spēs unquam labascat, Deus gubernat, Deus imperat; fidamus Deo.

II. Providentia Dei nimis quam admiranda. Invidiam certè Sarraparum plus profuit Davidi, quam magnum aurum pondus, nam homines, pecunia, pecudes, ceteraque omnia spolia ab Amalecitis ablata nunquam fuissent recuperata, si David ex aula regis non expulisset procerum invidia. Primò quidem intulit David hanc invidiam sibi commodaturam non vidit, sed ejus commoda demum re ipsâ competit. Ita nos in plurimis initium videmus, finem & exitum non videmus. Exordium sæpe infelix epilogum habuit felicissimum. Ex omni malo Deus eliquare novit bonum. Paulus affirmatissimè hoc pronuntians: Scimus, inquit, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. III. Fiducia Davidis in Deum summa. Contristatus est quidè David valde, in eas enim angustias adactus est, ut etiam suos jam hostes senserit, & ad extremum pæne calamitatis venerit; Nihilominus confortatus est David in Domino Deo. Ibi sæpe maxima spes est, ubi nulla spes est. Quod Ambrosius confirmans: De divinâ misericordiâ, inquit, amplius sperandum est, cum humana præsidia deficiunt. In eam spem erigens Isaias: Dominus, inquit, auxiliator meus, & scio, quoniam non confundar. Solet Deus creberrimè in extremum necessitatis apicem differre auxilia, ut sciant omnes, quoniam ipse adjutor fortis est. Ita David in suâmet domo cinctus, vix ullam effugij spem habuit, & tamen sciebat, quia non confunderetur: in saltu Maon artissimè obfessus, jam hostis castris hæbebat, sciebat tamen, quia non confunderetur; ad Siceleg urbem summam rerum omnium desperatio fuit, at sciebat, quia non confunderetur; in rebus planè artissimis non frangebatur David animo, quem in Deum semper erectum ferebat. Intrepidus de seipso poterat affirmare; scio, quoniam non confundar. Sed unde hoc sciam? dices. Oraculo cælesti crede: Spes non confundit.



IV. Quisquis igitur Dei providentiam agnoscit, & A

Deo fedit, huic revera difficile non est suam divinae voluntati adungere, ut in eo suavissimè acquirat, quod Dei nutu consilioque geritur: inde nullas effundit super ullo infortunio querelas, sed quidquid contigerit animo ad tranquillitatem composito excipiet, & quæ ceteros mortalium mœstiriâ lachrymisque turbare solent, ille approbabit. David in hoc genere eximius, divinae voluntati obsequentissimus, approbato in omnibus Dei consilio, dicebat Sauli: Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium. Non ignoro te vitam meam insidiari, nec simpliciter tantum vice fatale in me telum torfisse. Si hæc Dei sit voluntas, en habes me victimam; paratissimus sum duci, nec cari, comburi. Nos omnes, ô Christiani, victimæ sumus; si Deus in nos immittat lationem, obrectatorem, æmulum, vexatorem, tyrannum, directorem, hostem insensissimus. Quod Paulus impensissimè commendans: Obsecro itaque vos fratres, inquit, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. In lege præscâ præcipiens Deus: Offeras, inquit, torum arietem incensum super altare, oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Domini. Voluntas humana est aries ille imponendus ut victima; subjiciendus ignis est providentiæ divinæ notitiâ, & in Deum grandi fiducia. Hoc oblatio est Domino, odor suavissimus. Nil sanè acceptius offerre Deo possumus, quam nostram ipsi voluntatem, quæ tunc demum gratissima est victima, si se divinæ quàm ætissimè conjunxerit. Idem cum Deo velle, suprema inter mortales felicitas est.

CAPUT XVI.

David mortem Saulis deplorat.

POST Amalecitas usque ad interfectionem cæcos, post recuperatam omnem prædam, nuntius è Gelboanis montibus pervolavit in Siceleg, cæcisâ veste, caput cinere sparsus, toto habitu luctum præ se ferens, ut primo statim occurru sciri potuerit, Nil fasti nuntiandum. Hunc interrogans David: Unde venis, inquit, nihilque ex illis locis grati rumoris adfers? At cursor sine ambagibus: E castris, inquit, ad volo, è populo Hebræo multi cæsi, plurimi fugati, Saul & Jonathas occubuerunt. Saul quidem, cum ego casu in montem Gelboæ venissem, in hastam suam incumbens, ubi vicini hostes vidit, miserabili me prece compellans: Accede, ait, & cum morte luctantem interfice, ne ludibrio fiam hostibus. Quando igitur ei amplius vivere non licebat, parui, & mortuo hoc diadema, & armillam hanc detraxi, atque huc Domino meo attuli regie mortis argumentum. Hoc miseri simplicitas in suum narravit exitium. Nam David Hebræo ritu vestem laecerans, saroque alieno illachrymans, & ad nuntium conversus: Quomodo ausus es, inquit, regem, Christum Domini interficere? Mox uni satellitum jubens; Hunc, inquit, interfice. Ita in conspectu Davidis interfectus est infelix nuntius. His miseris præmissis, ardore tanto luctum funebrem exorsus est David, perinde si patientes aut liberos charissimos, aut amicos fidelissimos amisisset. Ita hosti insensissimè parentavit. Mi Deus! quàm mirabilia sunt consilia tua! Repentè mutat alea momento vertitur mare. Rex Hebræus Saul, unâ cum filiis uno in prælio vitam, regnum, famam, cælum, omnia perdit: David tot annis jam exul, paulò antè ferè lapidatus, domum redit in triumpho, nihilominus seipsum vicit, & propter occisum hostem serid luxit, de quo jam differendum. Argumenta luctus quinque edidit, & unâ incomparabilem suam mansuetudinem David proposuit orbi. Summa igitur hujus capituli est: David obitum Saulis deplorat.

§. I.

Beatus Ambrosius nec mirari satis nec deprædicare potest hanc Davidis mansuetudinem, qui mortem regis ingratiissimi tam serid deflevit luctu. Improbissimus Saul tot annis diis noctisque, tam variis insidiis fidelissimi famuli vitam appetit: inde coactus fuerat in silvis, montibus & speluncis habitare, imò Judææ finibus excedere, in hostes terras emigrare, ob continuam insectationem Saulis, quem tamen in insaufsto, ut merebatur prælio, cecidisse, animo doluit: doloris signa hæc dedit.

Quinque argumenta luctus Davidis.

I. More suæ gentis vestem conscidit, quæ in magno luctu amabat fieri. Nemo a dicit Davidem dicere: Deo bene juvante, vir ille nequam interit, euge, optimè factum. Hanc necem milles est meritis. Agnovit quidem David divinam providentiam, suâ Dei judicium, cælestem vindictam, non tamen eâ de re sibi applausit, nec gratulatus est sibi ipse sui hostis interitum.

1. Vestis scissio.

II. Flevit, & alios ad fletum commovit, sunt quidem & gaudiorum lacrymæ, sed hic revera non erant. Cogitaverat utique David, non sine animo animi sensu & miseratione: Eheu, rex miserimus æternitatem adiit, peccatis cooperatus ab insaufstâ morte ad mortem æternam transit, suis meritis flagitiis immortuus. Hinc mitissimus David, si potuisset, ad vitam revocasset, vel hunc hostem suum.

2. Ejus fletus, & aliorum ad fletum commotio.

III. Jejunia iniit. Plauerunt, flevit, & jejunaverunt usque ad vespertinam, super Saul, & super Ionatham filium ejus. Avò priscorum Patrum hoc tale jejunium servabatur, ut ad cænam usque ciborum abstinentiâ proferretur; consuetudinem mutavit tempus.

3. Jejunium, 2. Reg. 6. 1. vers. 12.

IV. Epicedium seu carmen lugubre composuit, quod artificiosum, cui epulo cum hunc attexit: Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium; ita ego te diligebam. Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt arma bellæ? Poëtis subinde versus intercalares miscet. Ita Catullus in Pelei & Thetidis epithalamio:

4. Carmen lugubre. Id. v. 25. 26. & 27.

Currite juvenes subregmina, currite fusti. Et ad Manlium: Q misero frater adempte mihi! Idem divinus Psalter obfervavit psalmo centesimo sexto, in quo sæpius repetit intercalarem hunc versum: Constitute Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. Ita & lesunt hunc mortalem dignit hoc versu: Quomodo ceciderunt fortes in prælio?

5. Nuntius non injuriâ. Putavit hic nuntius, euangelia sibi reddenda lauta, & caput perdidit. Et videre, quàm æqua sint Dei judicium, & quàm Deus nil criminis dimittat impunitum. Ut regis Davidis gratiam exambiret, Saullem à se interfectum mentitus est. Profectò bene sibi coherencia locutus non est. Ita capite luit mendacium, qui suo se testimonio peremit. Deinde, quia Amalecitas erat, pridem interficiendus fuerat. Tertio Sauli hoc tale rogari parere non debuisset, ut febrienti, quamvis anxie petenti, frigida non adferenda. Iamque à Saulis morte licuit Davidi regiâ potestate uti, in reum publicè confitentem ferro animadvertere. Ita Saulis obitus Davidi neutiquam bonus & voluptabilis fuit nuntius, non euangelium mortis fuit.

6. Nuntius non injuriâ. Putavit hic nuntius, euangelia sibi reddenda lauta, & caput perdidit. Et videre, quàm æqua sint Dei judicium, & quàm Deus nil criminis dimittat impunitum. Ut regis Davidis gratiam exambiret, Saullem à se interfectum mentitus est. Profectò bene sibi coherencia locutus non est. Ita capite luit mendacium, qui suo se testimonio peremit. Deinde, quia Amalecitas erat, pridem interficiendus fuerat. Tertio Sauli hoc tale rogari parere non debuisset, ut febrienti, quamvis anxie petenti, frigida non adferenda. Iamque à Saulis morte licuit Davidi regiâ potestate uti, in reum publicè confitentem ferro animadvertere. Ita Saulis obitus Davidi neutiquam bonus & voluptabilis fuit nuntius, non euangelium mortis fuit.

Ah! quàm longè absumus ab hac tali mansuetudine ac beniguitate in hostes! Sunt plurimi, non dubitem, cæsi cetera parum liberales, cæsi minimè opulenti, aut certè deparci, si tamen audirent sibi nuntiari, hostem suum à Deo punitum, publicè cæsum, eximiam auroreorum summam, statim expeditâ hilarique manu numerarent, aut brevè numerandum promitterent. Sunt quippe non pauci, tam vindictæ cupidi, facillè mille philippeos effunderent, dummodo liceret inimici plagi.

Primò, Secundò, Tertio.

gis aut injuriis fatiari. Hec, quale desiderium, qualis litis, quam nec Christi sanguis, pro inimicis etiam fufus satis restinxerit. Rex David Christi patientis, totque Christianorum Martyrum exempla ad imitationem nondum habuit, & tamen tam mitis & benignus in hostes fuit. Miratus hoc Bernardus: *Quid David mansuetius? inquit, qui illius mortem lugebat, qui suam semper fitebat. Quid benignius, quam ut ejus moleste ferret decessum, qui succedebat in regnum. Ille dixit: Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Vere oleo misericordiae unctus est. Amicis pariter & inimicis, sapientibus & insipientibus debitores sumus, utiles omnibus, humiles in omnibus.*

Videtur hic David in exercendo amore hostium, nobile monstrasse compendium, cum Amalecita diceret: *Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres Christum? inquit, Saullem non ut hominem mortalem, sed ut unctum a Deo regem respicere debuisses.*

Idem nobis in plurimis faciendum: Non rem, non hostes, non nos ipsos, non illarum damnum tam anxie contemplerur, sed Christum Dominum, qui & hostes amari imperans: *Ego autem, inquit, dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Quid porro premij promittis Christe? Ut sis filij Patris vestri, qui in calce est. Actum est Christiane, si injuriam attendas, inimicum respicias, damnum expendas, Christum aspice ultorem, judicem, remuneratorem, Paulus patientiam persuasurus, in eundem hunc Christum intendens digitum: *Aspicientes, inquit, in auctorem fidei & consummatorem IESVM.* Augustinus Polentium erudiens docet, fidem non tantum esse necessariam, ut credamus supernaturalia, sed ut ea etiam, quae in Christi lege videntur insuavia, aspera, difficilia, fiant jucunda, levia, facilia. Nil ei difficile, qui per fidem Christum intuetur malorum radicem, bonorum munerarium.*

Noverat Christus nos insigniter avaros, nil facile dare alteri, nisi spe lucri. Ut igitur pecuniam a nobis extorqueret in stipem, seipsum nobis proposuit fidei aspiendum, vadem & sponforem se dedit, damnum omne in se suscepit hac certissima cautione: *Quamdiu unum ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Eadem ratione Christus Dominus & magistratus nos obsequi iubens, seipsum statuit intuendum, hac omnino lege: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.* Ita homini paremus, quem ceteroqui sperferemus. Exemplo, quod dicimus, demonstramus. Est in Austria vectigalium redemptor, vir acerbi facis, turbidus & iracundus, altercator, insolens, fremebundus in omnes. Quisquis modestiae amans huic vectigal pendit, id secum cogitat: Non tibi, sed Caesari. Tibi quidem, nec oboli partem pensitarem, sed quia Caesaris nomine portorium exerceas, do quod exigis: Ita nos in omnibus aspicientes Christum, dicamus: Non tibi, sed Christo. Videt quis inimicum, & expallet, & insendet: oculos ergo in Christo figat, dicatque animo: Non tibi, sed Christo gratiam culpa facio. Videt quis mendiculum ulcerosum, fame confectum, centunculis male reatum, primo hoc aspectu satur est; sed fide aspiciat Christum, qui omnem in egenis beneficentiam liberalissime remunerabitur, mox utraque dabit manu. Atque hoc est, quod ingerit & urget David: *Non timuisti mittere manum in Christum Domini? Non tibi homo caducus, rex impius, atrox tyrannus, sed Christus Domini fuerat aspiciendus. His sane fidei oculus non ad versarios, non obrectatores, non inimicos, non rerum adversarum impetus est spectandus, sed Christus Dominus. Nos profundi, sed pessimi scrutatores offensarum inicia, odiorum radices, injuriarum damna investigamus in nostrum exitium. O vani! quid nostra ipsi mala accersimus? Christum attendamus, ea de se certissimi, amo-*

rem quem inimico propter Christum impendimus, ipsi impendi Christo. In hunc modum Ambrosius illud divini carminis exponit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, & ut signaculum super brachium tuum.* Qui enim ad metam signum que jaculantur, oculos & manus ad illud ipsum signum collineant, ad quod sagittas. Caestis sponfus duo exigit: Dilectionem & beneficentiam in hostem: Cor dilectionem, beneficentiam manus suppeditat. Ut neutrum desit, *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Ne defugas oculos in inimicum, in ejus atrocita dicta, seclerata facta, ne tuas ipse miserias curiosius rimeris; animum oculisque in me ut signum collinea, a me dilectionem recipies & beneficentiam.

Ephesios Paulus ad ponendam omnem iram promoturus, rationes colligans: *Omnis amaritudo, inquit, ira, & iracundia, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, sicut & omni malitia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes iram, sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi. Principio ejectionem e peccatore vult Paulus omnem amaritudinem; haec enim, ut Thomas Aquinas loquitur, radix prima est tot malorum fructuum. Oritur autem illa ex consideratione offensae: porro ex amaritudine confurgit ira, ex hac appetitus vindictae, inde indignatio respiciens omnem exculationem, ex indignatione nascuntur clamores, hinc sermones pessimi. Videre ut Varram sequatur Vibiam. Hic Paulus imperans: *Tollantur, inquit, a vobis haec omnia. Qui fieri possit? Donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Dei hostes gramus omnes, nec quidquam in nobis fuerat, quod Deum fleteret ad veniam. Ita Dei filius seipsum pro reis substituit, hic Pater iras remisit, non tot reorum capita attendens, sed in fontem filium. Deus in Christo donavit nobis: nos in Christo donemus quibuscumque offendentibus.

In Clara Valle, ut memorant, homo religiosus Paradigma fuit mirae mansuetudinis, qui nunquam iratus, impatiens nunquam est visus. Hic eam ipse legem fixerat, ut pro omnibus illis, a quibuscumque demum offenderetur, saltem Dominicam orationem recitaret, si non vacaret prolixius precari. Exemplo tam religioso permoti plures, idem facturos statuerunt, & ita lex etiamnum hodie illic perseverat. Sed cum hic ipse negotium templi curaturus peregre mitteretur, nemus transitit, in quo praedones & equum ei & omnes farcinas rapuerunt. Ille more suo, oculos, id jam doctos, in Christum erigens, submissis genibus precari cepit pro suis praedatoribus. Dum orat, unus aliquis eorum curiosior redit visurus, quod iret monachus. Cum autem observaret in preces fufum, rediens ad socios: *O socij, ait, monstrum hominis vidi: homo me injurias precibus remittit. Verendum ne diabolus nobis grande malum creet per illum; vit ex alle probus videtur; reddamus illi sua.* Hic unus, ut oculis suis fidem faceret, rediit, & cum lacrymis etiamnum orantem vidit. Mox ei omnia, quae ablata fuerant, sunt restituta. Gavifus ille plurimum, non tam de reculis receptis, quam de praedonibus mutatis. Die quo religiosus vir iste mortuus, alius in remoto caenobio moribundus, diu a sensibus alienatus, demum ad se rediens narravit illum talem a se visum inter beatos, eodemque die obiit. Dicta cum tempore examissim cogruabant.

Ita David, ita Numinis amici non offensas, non inimicos, non injurias contemplantur, sed Christum, quem & imitari conantur. Epictetus hac in re optime philosophatus: *Vnaqueque res, inquit, duas habet ansas: unam tolerabilem, alteram intolerabilem. Si frater injuriam fecerit, non ea prehende, qua facit injuriam, ea enim ejus ansa non est tolerabilis; sed illuc porius esse fratrem, esse una educatum. Sic duos ansas prehendes eum, qua est tolerabilis. Pari modo dixerim:*

Bern. ser. 2. in Cant.

Ps. 131. v. 7.

Matth. c. 5. v. 44. & 45.

Ad Hebr. c. 12. v. 2.

Matth. c. 25. vers. 40.

Luc. c. 10. vers. 16.

Exempli.

In injuriis & obrectationibus Christus spectandus.

Christus dilectus & beneficentiam vult exhiberi.

Ephes. 4. v. 31. & 32. Omnis amaritudo e peccatore est ejectionem.

Et quomodo tollatur.

Unde oritur amaritudo, & quae eam sequuntur.

Et quomodo tollatur.

Unde oritur amaritudo, & quae eam sequuntur.

Unde oritur amaritudo, & quae eam sequuntur.

Unde oritur amaritudo, & quae eam sequuntur.

Unde oritur amaritudo, & quae eam sequuntur.

rim: Unaqueque res duas habet facies, suavem alteram & jucundam; alteram deformem & horrendam. Si ergo hominem consideraveris ut inimicum, ut obrectatorem, ut noxium, horrenda & deformis facies offendet aspicientis oculos: Si vero consideraris, ut humana natura participem, Christi sanguine expiatum, celi haerem; suavis & jucunda tibi facies obtinget. Davidem imitemur, & Christos Domini inruamur. Non refert, quem aspicias, sed refert quam plurimum, qua facie quem aspicias.

CAPVT XVII.

Abnerem David luget occisum.

SAVLIS obitu David consilio Domino migravit e Siceleg in Hebron. Hieronymus arcem Jebusi etiamnum tenuerunt. Hebrone rex iectus est unctus, & promulgatus. Sed adhuc miserimus regnum status in Hebraea Republica fuit. Nam duo reges in uno regno, duo capita in uno corpore, duo soles in uno caelo male conveniunt. Post Saulem mortuum, mox Abner militiae princeps filium Saulis Ithobethum per castra circumduxit ut regem, cui tribus Israelis undecim adhaeserunt, & ut regi suo in omne obsequium jurarunt. Ita regnum miserè convulsam & laceratum. Ita novis David agitabatur ærumnis. Hic duo viri nobis probius noscendi: Davidis Imperator bellicus Joab, cuius & cognatus fuit; Abner Saulis dux castrensis; uterque manu & consilio potens, acer & experiens, strenuus, uterque in suum dominum severus & rigidus, neuter pius, neuter amans tranquillitatis.

Joabo gemini erant fratres Abifai & Asael; Asaelm Abner quamvis non immerentem confodit. Joabus fratris necem ulturus, invidia insuper stimulantem, Abnerem sui regis nomine evocavit, & inopinantem trucidavit. Cordolium hoc erat Davidi, quis enim illum non suspicatus fuisset hujus caedis auctorem? Ut autem se David suspicionem hanc amoliretur, fusus Abneri nobilissimum instruxit, ipseque eum brevi, sed concinnâ oratione funebri laudavit. Præterea Legatos misit Jabelitus, quos amplissimè ab eo commendavit, quod spreto vitæ discrimine, Saulis & filiorum regia cadavera pro Philisthaeis manibus suspecta occultâ vi rapuerint ad sepulturam, Deo hoc obsequii genus amplissimè remuneraturo. Videte, obsecro, ut David injuriarum omnium immemor suum hostem non ut hostem, sed ut Christum Domini considerarit, oculos tot cladibus turbatos, lacrymis fatigatos, à malis publicis reflexos ad Deum erexit, suamque voluntatem ad divinam quam integerrimè conformavit, & hostem suum Abnerem luxerit. Hæc isto capite prosequenda.

S. I.

Vnt qui sanguinem spectare horreant, suum è venâ missuri oculos avertant, aut linquente animo deficiant. David sui sanguinis animosus contemptor Hebraeum regnum fœdè disceptum reperit; procerum caedes, aliorum proserpiones, everfam justitiam, corruptam militiam, omnia turbatissima. Sed ille magno constantique animo abductos à tot malis oculis ad Deum erexit. Hinc illæ toties iteratæ voces: Ad te levavi oculos meos. Sed inspiciamus brevem ordinem malorum.

I. Decennio vitam inopem & vagam prosecutus est exul, in silvis & spelæis, in montibus & ferarum latibulis coactus habitare ut fera, idque inter pericula continua. Tandem Deus insidiatorem & capitalem hostem è medio sustulit. Sed nondum miseriaum finis. Secuta ingens discordia. Duo reges de regno uno litigant.

II. Facta est longa concertatio inter domum David, & inter domum Saulis. Ithobethus Saulis filius jure hæreditario se regem ferebat; David successorem extinctam,

A electionem à Deo institutam opponebat liquidiore jure. Hæc controversia septem annos cum dimidio tenuit. En Deus opulentat suos, sed præmissa paupertate; honorat suos, sed prohibet prius & maledictis atque contumeliis insigniter vexatos.

III. Clades à Philistæis illata, cum Saul filique occumberent in acie, nondum obduxit callum, nam fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt.

IV. Eductis utriusque partis militibus dixit Abner Joabo: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Joabo annuente, viginti quatuor, utrimque duodecim, velut ad militare ludicrum progressi decretoriis armis conflixerunt, apprehensoque unusquisque capite compæxis sui, desinxit gladium in latus contrarii, & ceciderunt simul: vocatumque est nomen loci illius Ager robustorum in Gabaon. Cruentus & nimium crudelis lusus, qui Davidi non potuit non displicuisse.

V. Micholem Saulis filiam, Davidis conjugem, volente perfido patre alius uxorem duxit. Antè autem violentius & acerbius est divortium, quanto ardentior erat constantiorque amor conjugum.

VI. Mors etiam Asaelis Davidem percudit. Hanc secuta est caedes Abneris, quem dolo interfecit Joab, & suum insuper regem acri aceto perfundens: Quid fecisti, ait, ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eum? Et abiit, & recessit. Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia, que agis.

VII. Hinc Abneris perfidè cæsi conscius putabatur David; idcirco huic suspitioni amolendæ plurimum laborans: Mundus ego sum, inquit, & regnum meum apud Deum usque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner, & veniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus. Inde ad Joabum ipsum, & omnem populum conversus: Scindite, inquit, vestimenta vestra, & accingimini facis, & plangite ante exequias Abner. Porro rex David sequebatur feretram, velut patrem, aut matrem, humaturus. Cùmque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner, flevit autem & omnis populus. Plangensque rex, & lugens Abner, ait: Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner. Manus tua ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati: sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus flevit super eum. Cùmque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clarè adhuc die juravit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem, vel aliud quidquam. Atque hujuscemodi mala principum regni infestârunt. Tam turbato rerum statu nihilominus David legationem mittens ad Jabelitas, eoque plurimum collaudans: Benedicti vos à Domino, inquit, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelivistis eum. Et nunc retribuere vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eò quod fecistis verbum istud. En David Saulem regem & Abnerem castrorum Præfectum, tot annis capitales hostes, sed illum ut Christum Domini, istum ut ejusdem religionis confortem intuitus, in utrumque admirabilem amorem, mansuetudinem incredibilem, argumentis variis exhibuit. Memento, Ps. 131. v. 1. ô Domine, David, & omnis mansuetudinis ejus. Idem in adversis à nobis factitandum. Nam miseriæ nostræ, nostrique hostes, non facie illâ, quâ minantur, horrifca, sed eâ, quâ præmium spondent micibus, sunt aspiciendi. In Christi vultum defigamus oculos. At nos plerumq; hic erramus largissimè: quidquid oculorum domi habemus, ærumnis & hostibus nostris infigimus. Et quamvis plurimum solatii admoveatur, nos tamen identidem hoc respondeamus: Ego autem aliud cerno, aliud experior. Hinc labyrinthus nozarum. Siracides commonefaciens: Ne festines, inquit, in tempore abductionis. Sustine Eccli. cap. 2. sustentationes Dei conjungere Deo, & sustine, ut crescat in v. 1. & 3.

2. Lis & concertatio de regno.

3. Clades Philistæis illata.

2. Reg. 1. i. vers. 4.

4. Duelum factum inter milites Joabi & Abneris.

2. Reg. 6. 2. v. 14.

1bid. v. 16.

5. Conjunctio Micholis conjugis cum alio.

6. Mors Asaelis & caedes Abneris.

2. Reg. 3. v. 24. 25.

7. Cædis Abneris imputatio.

1bid. v. 28. ad versu 36.

David secedendo unctus & promulgatus.

Abneris à Joabo caesus.

De qua se fugavit David.

Legatos misit Jabelitus.

Mala à Davide prospècta.

Exilium decennale.

2. Reg. 1. i. vers. 1.

Hostes miti facie sunt aspiciendi.



Vindicta non est precipi-
tanda.

Psal. 131.
vers. 1.

Horat. l. 1.
serm. sat. 4.

Nec vindi-
ctæ pulve-
re oculi
implendi.

Greg. l. 10.
moral. c. 8.
Causa, ob
quam ad
iram promi-
tamur.

Propter
Deum in-
juria per-
ferenda.

novissimo vita tua. Ne ergo tempore nubilo precipita, cum ira, cum vindictæ cupido, cum invidia, similesque animi motiones noctem inducunt rationi, ne festina, obsecro, & quod Basilus monet, da locum cogitationibus sanctis, & averte oculos ab eo, quod illos aded lædit. Non possum, inquit, *Potes, si vales*. Oculos ab injuriis & contumeliis avertos converte in Dominum Jesum, aut in Christum Domini David: *Memento David, & omnis mansuetudinis ejus*.

Cervus seipsum precipitat, quod Pierius docet, dum hostem nimis avidè spectat. Corvus, aut quod alii malunt, aquila ferinam esuriens arenam se mergit, eaque, quantum potest, implet alas. Multo pulvere armata in cerui caput pervolat, frontem rostro feriens. Cervus cupidè visurus, quis hostium arcem suam incurset oculos pandit, aquila inhiantes oculos arenam excutit, visumque turbat. Hinc fero pavida cursu saltaque se proripere, per viam rugere, nonnunquam ex alto se precipitare. Ita fit præda hosti. Hoc ergo cervum necat, videre velle quis feriat, & inde cæco ferri cursu. Idem nobis evenit. Aquila vel corvus, homo improbi oris, altercator, turbidas, contumeliosus rostro nos ferit, contumeliosus efficit, maledictis figit: *Hic niger est, hunc tu Romane caveto*. At nos confestim omnes oculos in unum conjicimus, & tremebundi quærimus: Quis ille nubilo, qui audeat hanc contumeliam in me jacere? quis iste trifurcifer, qui hanc in me fabam cadere non vereatur: saxo sentiat, quid egerit, simili eum lixivio perfundam. Sic ira ac vindictæ pulvis oculos implet, & fascinat, inde imperum sumimus, & quo nos furor abripit, excurrimus, & calcamus obvia; nec est, qui currentem hanc insaniam sistat. Obnitenti dicimus: Sine me, sic oportet hos tenebrosos tractare. Sic ita incitati cæco cursu properamus ad precipitium. *Ne festines in tempore obductionis: ne oculos ad corvum, sed ad Christum verte precipitentem: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*.

Divinus Patrus de amore vero differens: Charitas, inquit, non querit, quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non enim de ullo mali quid suspicatur; Nam Charitas, uti Gregorius loquitur, *malum quod patitur, non considerat*, oculos non suis argumnis, sed Christo in crucem acto affigit. Causa, ob quam a se facile proripiamur ad iram, & acerbamur, hæc est: injurias etiam leviores attentissimè consideramus, inimicos nostros, tanquam eos depicturi, & omnes eorum motus acutissimè observamus. Hinc nostræ tot querelæ, quas de adversariis spargimus. Est homo garrulus, sit. Est obtrahator, sit. Est proditor, sit. Est nequam intus & in cute, sit. Pessimus est trifurcifer, sit. Jam pridem patibulo dignus, sit. Sed quid hoc dicis, o bone; tu mihi semper hominem peccatis noxium monstras, ego tibi Christum ostendo pro omnium noxis mortuum. Ergo averte oculos tuos, ne videant vanitatem; homo vanitati similis, sine crochare corvum, tu attende Deum, & injurias animo non iniquo perferes. Non possum, inquis, oculos abducere ab eo, quod mordet, quod dolet. Ostendam te posse. Si te amicissimi viri filiolus lapide secundum pedem feriat in plateis, num accures & puerulum humi dejicies, atque pedibus calcabis? Non sanè, sed subtringes iram, & coërcebis manum, illud tecum cogitans; Est amici mei & magni viri filius; jactus lapidis dissimulandus ob parentem. Mi puerule, tuus tibi parens bono est, alioquin insignem saltem colaphum abstulisses. Ob temerarium lapidis jactum meruisses plagas, sed parenti tuo parciatur. Idem humanitatis exhibetur, si optimatis servus in domo alienâ vitrum frangat, in facerias spargat, pavimentum collutelet, aut crasse aliud quippiam agat, an eum continuo ædium dominus expellet fuste? Non profecto, sed dissimulatur hæc tales offensæ, non enim servus, aut noxa servii, sed

dominus attenditur, qui alit servum illum: & quamvis magni pretii crystallinum frangat, factum tamen excusatur, quando non est difficile servi illius domino damnum hoc facere. En, obsecro, quam facillè possimus, si quidem velimus, iras comprimere, dolorem subterfere, damnum spernere; nimirum filio indulgetur ob ejus parentem, servo ignoscitur ob ejus herum, vel cani parciatur ob ejus dominum; cur homo homini non indulgeat, non ignoscat, non parcat ob Deum?

Hoc virtutis compendium David sibi nunquam passus est eripi. Oculos ab eo, qui læserat, ad Deum flexere insignissimè novit. Hinc illæ voces crebrius repetitæ: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini*. Ita cum antro abditus Saulen insidiam, torem opportunè nactus esset, & ad cadem partem à suis, partim à seipso urgeretur: Hoc, inquit, nequam fecero, contineo me, & servo propter dominum parco.

Si filius matri in domo charissimus moriatur, minuendo luctui, vestes & omnia, quæ filii erant, subtrahenda sunt matri, sed & ipsa horum aspectum fugiat, ne nova identidem lugendi seges succrescat. Contrarium nos facimus, & luctuosi nobis accidit, assidue sub aspectu protrahimus. Deceptus quis mille florenos perdidit, hoc ita sensui animoque affigit, ut dispendii hujus oblivisci non possit. Quidquid illi solatii affuderis, hoc unum ille recantabit assidue: Mille florenos perdidit. Atqui hos Deus potest reddere. Florenos mille nequissimus impostor rapuit. Atqui nihilominus callo potiri potes. Quis mille mihi reddet florenos? Quantum non raro principes & reges, totas provincias & regna perdiderunt, damnum tamen tam iniquè non tulerunt. Ille iterum opponet: Mille floreni grandis pecunia, horribilis jactura. Atqui jam curis plurimis superfedere poteris. Amissio mille florenorum cura maxima. Atqui pecunia magnum peccatum illicium. Quid tu de peccatis sompnias, modò ego mille florenos reciperem. Quidquid denique huic homini dicatur, mille florenos ille oggeret.

Apologo veteri rem explicamus. Equus in scholam missus est, ut alpherum & litteras appellare, syllabas ordinare, nomina & voces formare disceret. Sed quidquid dixisset illi Magister, indocilis quadrupes hoc unum assidue ingeminabat, *Avena*. Huic equo nos simillimi in scholâ Christi, indociles discipuli, verba pessimè formamus. Christus voce præit, jubetque nos sequi, idemque dicere: Diligite inimicos vestros, diligite. Nos autem usque & usque vociferamur: Crucifigite inimicos vestros, crucifigite, occidite. Hoc inde oritur, quia dies noctesque damna & injurias ab aliis illatas fixissimè contemplamur. Christiane, averte hinc oculos tuos, & ad Deum erige. Nos cum Davide precamur quotidè: *Averte faciem tuam à peccatis meis*. Id Deus facturum se promittit, sed eâ lege. Averte tu prius faciem tuam ab inimicis tuis. Ignosce tu aliis, si me vis ignoscere tibi.

Alexander Macedo, quod Josephus narrat, Hierosolyma cum exercitu contendit. Huic Jaddus Pontifex veste pontificiâ indutus, cum candidatâ plebe obviam processit. Rex Alexander hunc prono corporis flexu veneratus adoravit. Syrii reges aliique obstupuerunt, vix credentes, regem mentis sat compotem: Parmenio familiarium regiorum intimus ausus etiam interrogare, cur Hebræum Pontificem tam insueti cultu veneraretur, cum regem omnes adorent? Cui Alexander: Honorem hunc, inquit, non huic homini, sed Deo exhibui, cui servit Pontifex. Nam etiamnum in Macedonia hunc virum hoc habitu secundum quietem vidi, quod me animaret ad occupandum Persarum regnum. Istius visus, hæc vestis me monet. His dictis Pontificem complexus urbem inivit, in qua Danielis varicinium audebat, à Græco Principe occupandam Persiam, se eum esse in-

Ab injuria oculi fuge

Apologus

Dilectio proximi à Christo præcepta.

Pf. 50. 7. 11.

Alexander Magnus in personâ Jaddi pontificis adoravit Deum.

se interpretatus, iussit petere Judæos, quod vellent. Illi hoc unum petere instituerent, vivere patriis legibus, & ut septimo quovis anno tributorum immunitas daretur. Concessit omnia. Quemadmodum ergo Alexander dixit: Honorem hunc non tam Pontifici, quam cuius est ille Pontifex, Deo exhibui: Ita nos dicamus in omnibus: Non tibi, sed Deo; Non te, non tua, sed divinam voluntatem respicio.

Ismerias Thebanus ad Persarum regem legatus, Æliano teste, nec populo suo indignum quid faceret, nec in Persicos motes delinquere volebat. Docebat eum Tirhautes, qui regi à cubiculis, quo gestu regem adorare mos gentis posceret, Ismerias ne quid in libertatem patriam aut peregrinos ritus peccaret, ubi in cōspectum regis pervenit, anulum permittit, cadere digito, ut dum eum prono corporis flexu recipere, non absimilis esset regem adoranti. Dum ergo se inclinaret, non tibi, aiebat, sed annulo. Quod Ælianus memorans: Ismerias Thebani, ait, sapientissimum & planè Græcum factum silentio præterire non potui. Imitemur quà licet, jubet Christus, jubent à Christo Apostoli, ut non sapienti solùm, sed & insipienti, ut non amico tantùm, sed & inimico nos submitramus, & illum & istum diligamus. Reluctatur natura: Dicamus ergo, Non tibi, sed annulo, hoc est, divinæ voluntati pareo; quæ ab æternis oculis te mihi virtutis cõtem dedit. Dei voluntas ab omni ævo in ævum omne se pretendens annulus est nostrarum moderator actionum. Igitur non tibi sed annulo. Ita suis quisque miseris, suæ se necessitati attemperet, dicatque non tibi, sed annulo. Est, qui mentem accumbat & comedat, non in cibi gratiam, sed ejus, qui cibum apposuit. Quidquid in nos Deus immiserit aduersi, tolerandum ac dicendum: Non tibi, sed annulo. Ad divinam me voluntatem conformo, fluxa omnia nec hilum facio. Non tibi, non isti, non rei creatæ ulli, sed annulo, sed Deo, cui servio, hoc præsto. Hoc virtutis compendio usus est David. Ars ista discitur agendo.

C A P V T XVIII.

David Isbofethi sicarios necat.

Isbofeth Saulis filius animo fingitur.

SUBLEATO Saule Isbofethus Saulis filius in undecima tribum Juda. Hanc regum & regnorum discordiam excitavit Abner supremus dux Saulis, & topanta militia. Sed inter Isbofethum regem & Abnerem discrepatione orta, iratus Abner in Davidis partes transit. Abnere cæso, Isbofethus rex imbellis animo fractus est, & regnum nutare cœpit. Jamque nutans tristis casus evertit. Gemini fratres sub Abneris signis stipendia fecerant Rechab & Baana, sed ob noxam militarem è castris scripti sunt. Hi Abnere interfecto, & Davide jam laborato, ineundam sperarunt gratiam diro facinore. Post meridiem urente Sirio in Isbofethi regis palatium sicis armati subreperunt. Janitrix dormitabat, aulicos plerosque omnes somnus & somnum sepeliverat. Rex ipse in suo sibi lectulo suavitè meridabatur. In hujus conclave penetrarunt exiit, dormientem in lecto conforterunt, caput amputarunt, palatio clam excesserunt, reliquum diei totamque noctem faciendo itinere consumperunt. Nam, quod Adrichomius censet, ex urbe Manahim in Hebron triginta tribus horis ambulandum. Ergo die altero Isbofethi regis caput attulerunt in Hebron, ubi non tantùm à Davide singularem gratiam inituros, ob felicem nuntium, sed & amplum præmium accepturos sperabant. Contrarium evenit. Nam ad regis Davidis aures admissi capite hostili oblato ita præ-

fatī sunt: Ecce caput Isbofeth filii Saul inimici tui, qui quærebatur animam tuam, & dedit Dominus domino meo regi ultionem hodie de Saul, & de semine ejus. Ad quos David: Nun-

Tom. 11.

atium occisi Saul, inquit, in sacrificiis iusti, & vos sceleratos sicarios patiar vivere? Vos hominem insontem in sua mer domo, in submer lectulo latronum more jugulastis, & à me flagitii præmium speratis? Dabo equidem, sed quod meriti estis. Mox ad præsens satellitium versus: Irruite, inquit, & nebricos interficite. Extemplo factum. Amborum cadavera manibus & pedibus præcis ad piscinam Hebron suspensa. Isbofethi caput Abneris tumulo inhumatum. O Deus, quàm hinc alia longè ab hominum opinione cernimus! fuisse, qui serià æstimatione judicassent: Ubi rex David sui hostis, & ementit, atque subditi regis caput viderit, cor ei gaudio subsultabit, amplissimis præmiis factum remunerabit, utrumque auro torque induet, officii aulicis honorabit. Torum alium se gessit rex David, mercedè improbis, quàm meruerant, persolvit, ut videret Orbis, quàm non fuerit appetens vindictæ: Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus. Huic in hostes aperiendo confitendo, filium Jonathæ Miphibosethum debilem, claudum, deformem juvenem regis mensæ adhibens: Miphiboseth, inquit, comedet semper panem super mensam meam. Idque mente optimâ fecit, nam prius interrogarat: Nunquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei. Tam mitis animus Davidem adeo conjunxit Deo, ut unus fuerit amborum spiritus. Atque hinc David etiam in hostes tam suavis ac benevolus extitit. De quo caput hoc differet.

mii loco suspendi jubet.

In quo apparuit Davidis in hostes benevolentia. Psal. 131. vers. 1. 2. Reg. 9. vers. 10. Ibid. 2. 3.

ORATOR Græcus aurei oris, in oratione, quâ docet, quàm periculosum adire spectacula, altius proventus: Omnes, inquit, Davidem mihi spectate imaginem mansuetudinis & tranquillitatis: sicut autem agris oculis panniculus viridis præparanditur, sic cum vicis hostes vestros etiam per imaginationem tantùm, dolent oculi vestri. Hic igitur videm vobis panniculum ad-

Irato Davidis mansuetudo in exemplum proponitur.

moveo, ut quamvis ira & vindicta millies obturbent, tamen non noceant. Ne quis autem mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbum, corruptum, incorrigibilem. Quidquid mihi dixeris, non est tamen Saule deterior. Saul totis pæne octo annis, voluntatem occidendi Davidis millies iteravit, perseverans in malitiâ. Prò, quot peccata lethalia, etiam si eum, quem occisum voluit, nunquam occiderit. Quid tu habes contra inimicum tuum conqueri, die, obsecro, num pecuniam tuam, num domum aut prædia tua, num honorem & famam tuam, nisi corpus & valetudinem titam invasit? Si te ad paupertatem redegit, si plagis & verberibus affecit, si contrameliis & injuriis vexavit, at nondum vitam ademit. Ponamus adimere eam sæpius tentavit, tu tamen illum tot beneficiis nondum affecisti quot David Saulem, qui in hostem etiam mortuum fuit beneficus. At pares sitis, quæ omnia tu & David, longe tamen generosius & admirabilius fuit in lege præcâ hosti parcere, quàm in novâ. Quis Davidi Dominicam orationem, & voces illas prævit? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quis ei parabolam Christi de decem millibus talentis, & duobus servis exposuit? Quis illi Christum inculcavit in cruce clamantem? Pater dimitte illis. Quis illi Stephanum monstravit vociferantem? Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quis illi tot divinas Christi conaciones explicavit? Quis illi Christi præceptum interpretatus: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro calumniantibus vos. Nil horum audire, caelesti epulo nunquam interstitit, Dominicum corpus & sanguinem ut cibum & potum nunquam sum-

Inimicus etiam mortuus beneficiaciendum.

Matt. c. 6. vers. 12. Luc. c. 23. vers. 34. Act. cap. 7. vers. 60. Matt. c. 5. vers. 44.

lis subvertendum esse Christi & Christianorum monitis instrumur, exemplis accendimur. Quapropter inexcusabilis es, o homo. Auxilium istorum David nil habuit, & tamen, inquit Chrysostomus, ad evangelicæ philosophiæ fastigium pervenit.



nit animi moderatione. Illud igitur unum spectemus, non quidem, ne quid mali pariamur ab inimicis, sed ne quid illis mali faciamus.

Propter vindictam Saul omnia perdidit.

Propter mansuetudinem in celo & in terra illustris est redditus David.

Matt. c. 5. v. 11. & 12.

Davidis erga Miphibose- thum benevolentia.

a Hoc non mihi, sed Chryso- stomo credite.

Aug. 10. 10. serm. 168. Dilectio inimico- rum est cum Deo familiaris: conjunctio: P. sal. 7. v. 5. & 6.

Oidium ve- ro prae- ceptorū Dei, contem- pto & ma- ledictio.

Dic enim verò, quid vindicta cupidissimus Saul sit lucratus? sceptrum, diadema, regnum, victoriam, corpus, animam, famam, omnia perdidit, cum filiis occi- sus, ad furva regna Proserpinae migravit æternum Or- bi ludibrium: At verò David an non in hodiernum us- que diem prædicatur & canitur, illustris in terra, illu- stris in celo? Sed dicas? Tu si hic sis, & tam infestum habeas inimicum, idem æquè senties, quod ego. O mi bone, aliud est sentire, aliud sensui nimium indulgere. Non nescis, conviciis ab inimico affici, aut in suspicio- nem abduci, videtur, si quibus omni morte intolerabi- lius. Age igitur, & istud expendamus. Aliquis tibi ma- ledixit; fugem, scortatorem, adulterum, percussorem, hominem invariabilem appellavit. Hoc si verè dicit, cor- rige, sin fallò, irride. Si tibi conficius es, eorum, quæ obijciuntur, respice; si non es, despice, & Christum attende, quia Christus jubet: *Beati estis, cum maledixe- rint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, patientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.*

Porro Miphibose- thum mensa regie semper adhibi- tum, Chryso- stomo instar miraculi est. Quam enim hoc rarum & inauditum à rege potentissimo hominem caduco, debili, infirmo corpore claudicantem tantum estimatum, ut eum rex quotidie in oculis gesserit, men- sa sua semper adhibuerit? Hinc quisquis regiam men- sam accubuit, suaviter coactus est cum hoste redire in gratiam. Cum enim cernerent nepotem Saulis, qui tanta mala patravit adversus Davidem, tantis honoribus decorari, etiam si feris omnibus fuissent immitiores, pudore tamen ac rubore cum omnibus inimicis redi- bant in gratiam. Quid illius mensa sanctius? quam cin- gebant filii hostis, & illius quidem hostis, qui & vitam adimere conatus est. Quantum horremus illorum libe- ros parentum, quæ nos læserunt: Apage; clamamus, apa- ge insaufam prolem: procul, ô procul mali corvi mala ova: Tametsi non nesciamus hic vincendi sui mate- riam esse copiosissimam. Qui enim sub vice nem in extremis angustiis amici commodissimi, patroni opti- mi ac fidelissimi, sunt futuri, nisi hostes nostri beneficiis nostris adjuvent? Hæc autem illustrissima Davidis exem- pla non miremur tantum ut spectatores, sed imitemur etiam ut victores indolis virtute. Atque hanc virtutem suam in suo quisque hoste experiatur. Ego hæc, ait Chry- sostomus, identidem monere non desinam. Nec quisquam mi- hi dixerit: Tace, nil promoves. Ego verò non tacebo, sed op- portune importune necessaria hæc ingeram. Homini est plan- rare. Dei est incrementum dare. Atque hæc quidem è Chry- sostomi super hac re disserentis penore deprompta, tantò promptiorem inveniant assensum, quanto illu- striorem habent auctorem.

Sed de eadem Davidis in hostem benevolentia insi- gniter Augustinus. Hic singula dicentis verba adiuve- remus: Beatus David licet virtutibus multis fuerit exornatus, inquit, nulla tamen actio eum familiaritius Deo conjunxit, quam dilectio inimicorum suorum. Et in tantum non fuit simulata vel fallà dilectio, ut ipsos etiam adversarios suos steter, & in illis qui eos occidere præsumplerant, vindicaret. Ipsemet ejus rei testis lu- culentissimus David: *Si reddidi, ait, retribuendis mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terrâ vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat.* Ecce quali maledicto, ait Augustinus, seipsum con- demnat, qui de inimicis diligendis Dei præcepta contemnens, odium in corde servare non metuit. Unde considerandum est, quæ fronte, vel quæ conscientia vericulum istum ex ore suo proferre poterit, qui ini-

amicis suis mala pro malis retribuit. Per Salomonem quoque Spiritus sanctus clamavit, & dicit: *Cum occide- rit inimicus tuus, ne gaudeas: ne forte videat Deus, & displi- ceat illi, & avertat iracundiam suam ab eo, & utique cum ab illo averterit, ad illum dirigat, qui de inimici ruina gaudebat, secundum illud: Qui ruinam letatur alterius, non erit impunitus. Item: Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam? Et in hominem similem non habebis mi- sericordiam, &c. Ipse cum caro sit, reservat iram, & propi- tiationem quarit à Deo: quis exorabit pro delictis ipsius? Dici- tur quidem in veteri testamento: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed qui sano intellectu scripturæ divinæ sensum agnoscere cupit, sententiam istam hoc modo intelligat, ut diligat omnem hominem proximum suum, odio habeat diabolum inimicum suum. Quod erit in uno homine malo impleri pos- set. In ipso enim uno qui malus est, & proximum ha- bet & inimicum. Nam quod homo est, proximus tuus est: quod malus est, non solum tuus, sed etiam suis in- micus est: Dilige ergo in eo carnem, & animam, hoc est, proximum tuum, quem Deus fecit, & odio habe malitiam, quam ipso consentiente diabolus intromisit. Quod cum sancto & pio animo feceris, vices cælestis medici agis, odio habens morbum, & diligens ægro- tum. Illa porro vatis regii dira detestatio percellit omnes Christianæ legis de diligendis inimicis contemp- tores. In veteri testamento legimus, ait Augustinus, itine- ra eorum, qui injuriam retinent malefacti, in mortem, Job ad interitum hostis, non ausus dicere aut cogitare, *BENE. Si gavisus sum, inquit, ad ruinam ejus, qui me ode- rat, & exultavi, quod invenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens ani- mam ejus.**

Nullum vas argenteum tam est immundum, quam possit purgari, saltem igne. An non ergo stultissimus sit, qui plurimas sordes in argenteo malluo cernens, mox famulo imperet: Excute in aquam hanc peluim, nimis est sordida: Nullo modo id faciendum; hæc ta- lia vasa etiam contusa & fracta sunt pretiosa. Haud aliter nos cum inimicis nostris agimus; ut primum lesi sumus, mox eos ad patibulum, ad rotam, ad Tartarum ablegamus. Nequiter hoc & impie. Neutiquam sic agendum: homo est, quem sic rejicis, qui animam habet Christi sanguine lotam, qualiscunque sordes illa contraxerit, igne purgari potest. Hunc ignem Paulus commonstrans: *Si surjerit inimicus tuus, inquit, ciba illum, si sitierit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis con- geres super caput ejus. Noli vinci à malo, sed vince in bono ma- lum.* Augustinus hanc Pauli præceptionem cum curâ explicans: Aliqui sic exponunt, inquit: Ecce cibo inimi- cum tuum, ut ardeat æternum. Non ita obsecro, non ita; sed si benefeceris hosti tuo, quantumcumque ille fri- gidus & torpidus sit, sentiet hos calores, liquecet, & erroris seipsum arguet. Sic argentea vasa non abjicien- da, sed igne sunt purganda. Quod si Deus lege cavit, ne quis inimici sui bovem aut asinum in lutò hærescen- tem transiret ope non commodatâ, quanto minus ho- mo supremi numinis imago, animantium rex negligens- dus? Ergo, ego, inquis, omnium sim amicus? Ita sanè omnium, quod vel Catonis anulus persuaserit, cujus illa non ignota inscriptio: Amicus unus, inimicus nul- lus. Omnes profectò ut unum Christianus amor stringit, & complectitur. Augustinus, quem dixi, hortatu serio ad hunc amorem extimulans: Illud fratres charis- simi, ait, cum grandi tremore considerare debemus, quod in psalmo terribiliter Spiritus sanctus dixit: Cum enim illam cælestem Hierusalem, id est, congregatio- nem omnium Sanctorum, quæ cum Christo est re- gnatura, ad laudandum Dominum provocaret, cum dixisset: *Lauda Hierusalem Dominum, Qui posuit fines tuos pacem.* Ergo ut ipsi videris Hierusalem illa cele-

stis

stis muros de pace constructos habet. Qui enim talem pacem, & talem charitatem habet, ut omnes homines diligat, & pro bonis oret, ut meliores fiant, pro malis supplicet, ut cito se corrigant, de qua parte volerit intrare, illius caelestis Hierusalem portas apertas merebitur invenire; qui autem non vult habere talem charitatem, qualem & Christus praecipit, & Apostolus docuit, ex omni parte Hierusalem clausas portas inveniet. Et quia oleum charitatis habere nollit, clausis januis sponsi cum illis fatuis virginibus illam mercedem audiet vocem. Amen dico vobis, nescio vos unde sitis. Quomodo enim illis quinque virginibus, quae charitatis oleum habuerunt, illa caelestis Hierusalem aperiet januas suas, ut intrent in gaudium Domini sui, sic illis e contrario, qui sine charitate vivunt, claudet, & aeterna a se separatione repellet, & relinquitur illud, quod in Psalmo dicitur de Hierusalem. *Constravit seras portarum tuarum. Clausis portis, & confirmatis feris, nunquam exiet amicus, nunquam intrare poterit inimicus: quia sicut iustus nunquam erit exiturus a gloria, ita & peccator nunquam poterit liberari a poena. Et post paulo: Unde nimis dolendum est, inquit, quod cum illi a charitate Dei nec tormenti poterant separari, nos interdum otiosis abulis separamur, & non nunquam ob parvissimum convictum, & cujuscumque miseri hominis detractionem ita derelinquimus charitatem, ut non solum cum eo multis diebus, sed etiam mensibus fortassis & annis nec loqui, nec ad convivium pervenire velimus: & non attendimus, quia dum nos invicem odio habemus, ita muros civitatis Hierusalem contra nos claudimus, ut nullus nobis aditus permittat, per quem intrare possimus. Et quia civitas illa habitatio Dei habet, dicente Joanne Evangelista, *Deus charitas est: Qui charitatem habere noluert, qua fronte, vel qua conscientia ad Dominum, qui est charitas, praesumat accedere? Haec omnia, Fratres charissimi, dum vobis paternam pietate frequenter insinuo, absolvo apud Deum conscientiam meam.**

Idem ego hic cum Augustino vociferor, dum ista sapius & dictis & scriptis publicis inculco, manus meas lavo, & conscientiam meam absolvo: Odium vel contra vllum hominem retinere, est calce excidere.

C A P V T XIX.

David seipsum triumphat.

ISROSETHO e vivis sublato, comitia in urbe Hebron sunt indicta, ad quae omnes Israelis Tribus convenerunt; huc senatores, sarrapa, praesides, toparchae, duces, omnis ordinis magnates, imo & cum ducibus milites conflexerunt, tam grandi numero, ut regum Chronicon testetur, armatorum trecenta quinquaginta septem millia illic fuisse numerata. Ab his omnibus David rex est saluatus. Haec princeps comitiorum causa. Consensus omnium maximus. Omnes isti viri bellatores expediri ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universam Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, uno corde erant, ut rex fieret David. Tandem videmus, inquebant, hoc divinae voluntatis esse, cui diu satis restitimus. Hunc sibi virum elegit Deus, quis illi jus constituti reges eripiat: Per illum reges imperant. Huic supremo regum dominatori & regum regi non ultra refragabimur. Quis David in bellis omnibusque aliis rebus gerendis fuerit, haecenus satis perspeximus.

Ita David in urbe Hebron tertium rex unctus est. Inaugurationem regis convivium excepit, eo apparatu & convivarum numero, quem nemo crederet, nisi caeli testimonio id sciret. Nam illis trecentis quinquaginta septem millibus virorum David epulum gratui-

Atum triduanum praebuit incredibili apparatu. Nam, unde quaque comineatus farinae, ficuum, vini, unae pasae, olei, carnium ad omnia copiam convehabatur. *Gaudium quippe erat in Israel, fuerintque ibi apud David tribus diebus comedentes & bibentes.* Sed unde Davidi sub initium regni, sumptus tam immani? Munera ingenti numero allata plurimum juverunt. His gaudiis expertis nihil cunctatus David ad Solymam arcem expugnandam copias eduxit. Urbem Hebraei, sed arcem Sion Jebusaei occupabant. Arx ista tam inexpugnabilis visa, ut Jebusaei per ladicrium regi David iusserint dicerent, caros & claudos in muris collocandos, ipsum nihilominus eo non penetraturum. *Non ingrediens hic, ajuat, nisi abstruleris caros & claudos.* Perinde si dicerent: *Securi sumus, hos etiam custodes oculis & pedibus captos non auferes, muros non transibis, non subibis arcem. Audax hercle cavillatio, turpis sarcasmus in regem iactus, sed qui in hostes recidit.*

B Ut hanc ludificationem a se amoliretur David, praemia proposuit his, qui ad eos muros conscenderent primi. Joabus imperator exercitus in muris primus fuit, a se occupata, Jebusaei omnes jugulari. Mox eo loco David regiam domum urbis amplitudine cepit adificare, hinc Civitas David est dicta. Siquidem mons Sion cubitos ducentos latus, quadringentos longus, ait Burcardus, urbi commoda locum potuit praebere. Sed antequam David bellicis apparatibus vires, quas cuperet, sibi pararet, exterisque regnis praevaleret; Philistaei gemino eum bello incursarunt, utroque turpiter victi. Et quia David non ignavus miles domi latebat, sed ipsemet se campo dedit, res memoratu contigit dignissima: Philistaei ad Bethlehemi oppidum, ad specum Odollam David castra posuerat. Hic labore festus & arens siti, appetensque frigida: *Osi quis, inquit, daret mihi aquam de cisterna Beethlehem.* Mox viri tres robustissimi, quod regi gratificarentur, per castra hostium perripuerunt, & desideratam aquam attulerunt. At vero David noluit bibere, sed magis libavit eam Domino. Quam unam re illustrius meruit praeconium, quam si centum millia Philistaeorum solus interfecisset. Seipsum triumphavit rex fortissimus. De facinore hoc laudatissimo, sui victoria, hic paulo copiosius differendum.

§. I.

Christus suos hortans ad toleranda adversa omnia, & ad quotidianam suimet victoriam: *Si quis, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.* Si hanc Domini Jesu cohortationem rex David vel semel audisset, legissetque, rem magnam fecisset, si hunc aquae potum tantopere desideratum rejecisset: quando autem majorem fecit, qui ea Domini verba nunquam legit, nunquam audiri, quae nobis nunquam inculcantur. Sed ut illustrius hoc facinus animo a vobis imprimamus, particulatim illud expendemus.

I. Cupitam aquam non adferri iussit, sed ut adferretur consentire: sponte cucurrerunt tres generum milites. Docuit rex David eos, qui ut obsequantur genio, voluptatem, quam appetunt, continuo eam praesentem esse volunt, quidquid ei laboris, molestiarum, sumptuum impendendum, id ipsi non pensi habent. Apud hos nullius pretii sunt divina verba: *Abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie.*

II. Seipsum David suamque importunam gulam objurgans: *Abstine, inquit, ut in conspectu Domini mei hoc faciam.* Quid tu Catillo non satis hic aquae habes ad distinguendam sitim? Ita Pescennius Niger, Imperator, milites in Aegypto ignaviores gulae damnans: Nilum, inquit, habetis, & vinum petitis?

III. Offensionem & malum inter milites exemplum promptissime memento: *Num, inquit, sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum*

Ibid. v. 40. 39.

David Solymam arcem expugnat.

2. Reg. c. 5. vers. 6.

Montis Sionis latitudo & longitudo.

1. Paral. c. 11. v. 17. De se triumphat David.

Ad sui victoriam Christi cohortatio. Matt. c. 16. v. 24. & Luc. c. 9. vers. 23. Ex triumpho Davidis aliquot documenta:

Primum.

Luc. c. 9. vers. 23.

Secundum. 1. Paral. c. 11. v. 19.

Tertium. 2. Reg. c. 23. vers. 17.

lum bibam? Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc. Portionem licet vilissimam, maximam tamen aestimavit per tanta pericula, tantam anxiaositate comparatam. Sarpienter dixit Seneca: *Noniamquam magis nos obligat, qui parva dedit magnifice.*

Senec. l. 1.
de Benef.
cap. 8.
Quartum.

IV. Noluit bibere. Qui iam ieiunanti, iam imminenti potum hunc eripuit. Aversatus scilicet hoc Creticum, quod sanguine fuisset emptum. Hac insigni abstinentia univertum exercitum sitire docuit, & sitim vincere. Annibal Dux Pœnus non raro cum maximè sitiret, fontem adiit, sed inde nec guttulam hausit, ita non tolerando tantum, sed torquendo sitim triumphavit. Poeta id iure præcipit.

Silius.

Exercetque sitim spectato fonte recedit.

Quintus.

V. Libavit eam Domino. Sacrificium reverè Deo gratissimum, Vincere seipsum, quod rex David docuit insigni sitim, quæ verbis, quæ exemplis. Non acciter sibi metipsum speravit, & corpus & animum domuit, cupiditates fregit, sitim coercuit, seipsum reprehendit velut publicè confessus, errasse linguam, quæ cupiditatis & gulæ negotium egisset.

Suius.

Suius sitim, virtutibus omnibus ingentia suggerit, decus omnium, nec quidem idololatris ignotum.

Quintus
lib. 7.

Alexander Macedo, quod Quintus Curtius narrat, cum expedito agmine loca deserta Susitanorum intrans, nocturno itinere duxit exercitum. Aquarum penuria prius desperationem, quàm desiderio bibendi sitim accendit: quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus, quàm continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terræ fervore excitata, lucem tegit: camporumque non alia, quàm vasti & profundi æquoris species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia torrens & maritino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce æstus ortitur: omnemque naturalem absorbet humorem siccas, ora visceraque penitus uruntur. Iraque primùm animi, deinde corpora defecere. Pigebat & consistere & progredi. Pauci à peritis regionis admoniti, prepararant aquam. Hæc paullisper repressit sitim. Deinde crescente æstu, rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur, & hinc dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. Graves deinde avidè haulto humore, non sustinere arma, non ingredi poterant: & feliciores videbantur, quos aqua defecerat, cum ipsi sine modo insulam, vomitu cogrentur egerere. Anxium regem tantis malis circumfusi amici, ut meminisset, orabant animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse, cum ex iis qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo occurrunt, utribus aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse, & ægrè pati sitim non ignorabant, occurrerent: qui cum in regem incidissent, alter ex iis utre resoluta, vas, quod simul ferebat, implet, porrigens regi. Ille percontatus, quibus portarent, filiis terre cognoscit. Tunc poculo pleno (sicut oblatum est) reddito: Nec solus, inquit, bibere sustineo, nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite, & liberis vestris, quos propter illos attulistis, date. O factum celo dignum! modò illud non abfuisset. *Libavit eam Domino.* Necessarium protius non solum, ut quis abneget seipsum, sed etiam ut sequatur Christum: Vbi duo quædam singulariùs notanda.

Duo notanda in sui victoria. 1. Chariora sibi subducenda. Exemplo Abrahami. Gen. c. 22. vers. 2.

Primum. Qui seipsum cupit vincere, eam se parte oppugnet, quæ minimè oppugnari vellet; res sibi charissimas subducere conetur. Ita Deus Abrahami virtutem exercens: *Tolle, inquit, filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac.* Facile Abrahamus trecentas oves, aut etiam tria millia illarum, facile Isaacem, facile quidvis aliud dedisset. Sed non oves Deus volebat, non boves, non pecudes, non ancillæ filium, non hostiam Isaac succedaneam, ipsum voluit Isaacum, re-

rum omnium charissimum, filium unigenitum, pignus amanatissimum, matris solacium, thesaurum Abrahami summum. Hunc voluit natum dilectissimum. Hanc dando Abrahamus dedit omnia. Ad hanc corticulam solida virtus exploratur.

Castianus memorat Mutium cum octenni filio in cœnobium religionis causa se contulisse, ut in eam familiam admitteretur. Ut ergo viri virtus variis experimentis inspiceretur, filius vilissimè vestitus hic illis colaphis objurgabatur, idque studio in patris conspectu. Fuit ut filius acerbe fletet, abbas puerilibus lacrimis velut indignatus, & mox imperat ipse patri: In aquas, inquit, puerum frigidam abijce. Mutius pater, tanquam sibi à Deo, id imperatum, puerum prehendit mersurus quem genuerat, nisi eam de re præmoniti retraxisset parentem. Mutii virtus explorari certius non poterat, quàm in re omnium charissimam. Ideo quisquis seipsum cogit vincere, attende quid diligis, quid horreas. Sunt, qui nihil iniquius ferant; quàm ignominiam notari: Hic te ipsum aggredere, hic vince, quisquis horres & fugis erubescere. Sunt, qui pecuniam ubicunque demum obviam exosculentur; aliorum genus libidines sectatur. Diversis trahimur desideris & amoribus, & tum maximè vivimus, cum animum exemplis. Suam ergo quisque affectionem principem jugulare studeat, & eam se maxime parte conetur vincere, quæ se maxime sentit vivere.

Videmur nobis quandoque rem maximam fecisse, si aliquot cere libras vel tabellam pictam, vel telam pretiosam, vel inactatum calicem, vel vestem sacrificalem obrulerimus templo. Liberalitas pia; sed sacrificium pretiosius, sui victoria; suas edomare libidines, habendi cupidinem frenare, laudis appetentiam & infatigabilem gloriam avaritiam coercere, vindictam substringere, linguæ perulantiam continere, pravæ consuetudines amputare, rem sibi charissimam Dei causa subtrahere, æstuetis saltem aliquamdiu propter Deum carere. Sed hic plerumque trunci sumus, & cænes ad venandum invitissimi: assueta relinquere duum est. Paradigma.

Videte regem David, is aquæ, quæ Bethlemi fuit, à 1. In Da-puero assuevit, hinc bibendi cupiditas tanta, sed eam vide. generosissime repressit, & vel licitam ipse sibi voluptatem negavit. Imitemur strenuè, & Christi causa frequenter etiam licita nobis subducamus. Gregorius ad hanc tam necessariam induit instigans: *Solus, in Greg. lib. 1, quit, in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis causæ Moral. c. 8, restringit.* Certe affectio, quæ hodie licitæ appetentiæ facit servum, cras faciet illicita.

Ilustre quid Pelagius Scriptor, Græcus memorat. Pelag. lib. 1. Pius juvenis servierat religioso seni, qui scærenti laborabat ulcere. Juvenem perpetuè vellicabat hæc cogitatio diu nocturne molestissima: Abi hinc, abi: quid enim hic facis? quis factores hos ferat? mancipium nimis miserum es. Quod si denique tu ægrotes ipse, quis tibi serviet? At ille, ut sebo fortissimè vinceret; ulcus lauit, defluentem cum tabo liquorem vasculo excepit, & quoties sitiebat, hoc salernum suæ siti propinabat, & inde bibeat. Hinc alia nata est cogitatio: si non vis fugere, saltem non bibe. Mirè Deo placuit tam fortis sui que victor animus: sanitatem seni reddidit, suum juveni premium ingens non negavit.

Atque hæc sunt libationes sanctæ in novâ Christi lege, hoc suæ gratiæ que sacrificium, vincere seipsum, est gratissimum potum Deo libare. consuetudinem malè inolitam deferere, rem charam in Dei honorem abdicare. Hoc est gratissimum potum Domino libare, seipsum abnegare, sui odio salutari. Alioqui nostra cum Deo pessimè partimur; ovi vitellum nobis servamus, albumen Deo relinquimus. Conjectori olim quidam derulit, teste Tullio, somniasse se, ovum pendere ex fascia læcti sui cubicularis, Cui conjector: Sub læcto, inquit, defossus est thesaurus; illic

Illic fode & operæ pretium invenies. Fodit, & invenit, auri aliquantum, idque argento circumdatum. Misit conjectori, quantum visum est de argento. Tum ille: Nihilne de vitello? Idem ex homine quaesierit Deus: Nihilne, mi homo, de vitello mihi tribuis? Itane tibi nucleum servas? mihi offers putamina, si me amas, te ipsum vinces, & vel charissima non negabis. Hoc primum.

Alterum: Actus in sui odio & victoriâ sit generosus, acer, non lentus & segnus, sed violentus & heroicus. Divorum res gestæ testantur, uno nonnunquam generosiore actu diaboli tentantis impetum repressum, ut illecebrofus veterator ad idem eos vitium non amplius allectat. Abisâ opportunitatem commodissimam nactus, occidendi Saulis, dixit David; *Nunc ergo persudam cum lanceâ in terrâ semel, & secundo opus non erit*: Non dispari ratione poterit quis generoso actu unico, tam insigniter se vincere, & gentium sub jugum mittere, ut deinceps non multum laboret in seipso ad rationis obsequium componendo. Credibile prorsus est Davidem ab hac sui victoriâ fuisse summa cibi potusque moderatione.

Quæstio est Philosophis, num uno actu acquiri possit habitus? Hanc litem relinquimus scholæ. Nec enim in virtutum officiis, viribus humanis æmnia, sed divinis metienda; & solet Deus tam sanctæ actioni tantum gratiæ largiri, ut alia ab eâ sint facilissima. Exemplo, quod dicimus, demonstramus. Est qui simpliciter vice hosti suo benignè faciat, inde hoc illi nunquam factu difficile, Theologorum scito: Plus valet unus actus intensus, quam mille remissi. Idcirco qui plurimum cupit in sanctis actionibus promovere, & faciliem sibi reddere viam virtutis, his principiis ordiri debet, & in iis positissimum se vincere, in quibus ut plurimum malè vivax est: faciliè autem observabit, quòd sui eum amores & cupidines trahant, atque id maximè cavebit, quod autem malignior natura refugit, quod horret, ad illud se maximè impellet, & concitabit. Perinde ut equos eò concitamus, quòd minime volunt. Sunt equi formidolosi & contumaces, qui aut trabem, aut pontem, aut funem dependentem refugiunt, quod ubi strenuus eques advertit, virgâ, flagello, calcariibus ad eum ipsum, quem horret locum, adigit, nec desistit, dum aut concedant, aut pergam. Ita vero nomine Christianus sibi ipsi calcare admovet, perpellit ad ea, quæ natura delicatior averfatur, charissima quæque Domino libat. Nemo fortior, quam suppositus victor. Qui hanc artem aut nescit, aut eam exercere negligit, in lyceo virtutis nunquam proficit. Anthiochenus martyr Ignatius: Ego me ipsum urgebo, inquit, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli, quid mihi profit, ego scio. Possè sibi ipsi imperare virtutis est compendium.

CAPUT XX.

Arcam deducit David, & irridetur.

QVAMPRIMUM Davidi licuit stabilem regni sedem figere, principem sibi curam esse voluit, cultum divinum. Idcirco Arcam velut exulem & neglectam ex urbe Gabaa è domo Abinadabi Pontificis Hierosolymam, statuit transferri, præsciente tamen & consentiente toto Israël's populo. Hanc Arcæ transmissionem summis studiis, solennitate celeberrimâ, maximis sumptibus instruxit. In viâ calcitrantes boves periculum, aut certè metum lapsus creaverunt Arcæ; notabat plausurum novum ruituro simillimum. Hic Oza auxilii operam commodaturus admovet manus. Sed Deus adjutori intemporivo inatus, temeritatem ejus morte subitâ punivit.

A Ad ipsam Arcam Oza corruens expiravit. Funere repentino territus David, Arcam deduci jussit in edes Obededom, quem Deus, ob commodatum hospitium omni rerum opulentiâ ditavit. Acto trimestri Arca in Sionis arcem vecta, singulari ad id domo structâ, in qua diversaretur adum templo extrema manus accessisset.

Hæc Arcæ transvectio maximâ symphonie varietate, admirandâ sacrificiorum multitudine, concursu hominum incredibili, latissimis tripudiis, expensis planè regis celebritate summa, laudatissimâ pietate instituta est. Testatur sacer historicus ad hæc solennia virorum principum, ac nobilium triginta millia, omnes electos ex Israël convènisse. Cetera plebis Alphonus Tostatus numerat ducenta viginti quatuor millia: vulgus putem fuisse innumerum. Et quamvis tam ingentia hominum multitudo convenerit, singulis tamen panis, carnes asinæ, alia opulentiâ gratuita liberalitate distributa, uti dicemus. In hac sacrâ solenni pompâ, sexto quoque passu septem boves, & arietes vel oves septem mactabantur: Sat hominum fuit huic labori, & pecudes tantum vulgabantur, interim tantisper subsistebant Levitæ. Atque iterum iterumque sex passus faciebant, ita ut ad sextum quemque passum, victimæ caderent septem, idque longa prorsus viâ servabatur è domo Obededom in Arcem Sion. Super omnia verò Davidis ardens in Deum animus eminebat, etenim saltabat totis viribus ante Dominum. Sicut autem supplicationem primam subita mors Ozæ, sic alteram hanc irrisus regis conjugis aliquantum turbavit. Hinc capitis istius epitome, Arcam transportat David, & irridetur. Quæ in re Davidis gemina virtus eluxit. 1. Optimus in Deum affectus. 2. Laudatissimus sui contemptus. De his jam disserendum.

§. I.

I. Optimus in Deum affectus, saltabat totis viribus ante Dominum. Quantum potest, laborat, currit, saltat, pugnat, qui totis viribus serioque amat. Id scilicet quod facit, manibus pedibusque obnixè facit, ex summis opibus viribusque usque nititur. Ita David ardentissimos in Deum affectus expromendo, hoc insigniter testatus est, tanquam si diceret: Plus facerem, si plus possem. Quod Bernardus expendens: David, inquit, saltando placuit Deo, non propter saltum, sed propter affectum. Et ut populus universus cerneret quàm serio Deum coleret, regem quasi exiit, induitque levitatem: Porro David erat accinctus ephod lineo. Ephod Hebræis serè, quod nobis superpellicium, vestis candida, amiculum linteum. Quod verò Michol dixerit, discooperiens se, non ita interpretandum, vestitus David ante Arcam positâ omni veste saltavit, David saltavit ante Arcam.

Ac si David ante Arcam positâ omni veste saltavit, cum Regum Chronicon affirmatè dicat: Porro David erat indutus stola byssinâ, David etiam indutus erat ephod lineo: sed sicut pauperculus ludimagister in pagis, aut oppido, cui nigram togam negat inopia, cum in templo agit, amiculum linteum primis vestibus injicit. Ita David ante Arcam saltans vestitus fuit, sed non regie. Si nostro hæc ævo rex potentissimus celeste ferculum cum thuribulo velut diaconus præiret, id spectaculi facti plurimi non caperent. Haud aliter mirabantur tunc plerique omnes potentissimum regem, in eam degenerare humilitatem, ut psalterium ageret saltantem, videbant tamen hæc maxime pietatis esse argumenta, quibus omnium peccatorum misericordè imbuantur. Sola Michol Davidis conjunx, tam altum sapiebat, ut sui conjugis factum finistrè interpretata, diceret per irrisum: Quam gloriosus fuit hodie rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scuris. Quant

Actus in sui victoriâ debet esse violentus & heroicus.

Reg. 2. 6. v. 1.

Quomodo in virtutibus redduntur facili.

Terror ob mortem Ozæ.

Pompa & concursus populi in transvectione Arcæ.

Reg. 2. 6. v. 1.

Ibid. v. 13.

Ibid. v. 14.

In translatione arcæ gemina virtus eluxit Davidis.

1. Optimus in Deum affectus. Ibid. v. 14.

Vestitus David ante Arcam.

Micholis in Davidem exprobratio. 2. Reg. 2. 6. v. 20.

ru. Quando nec vestitum regium David habuit, nec incessum. Adhuc & illud fecit: David percutiebat in organis armigatis. Appensam ad collum gestans lyram fidicinem agebat, simul & citharam pulsans, cantans, & saltans perinde si dixisset. Non possum Deo satis gratus, satis submissus, satis devotus esse, Deum satis extollere non possum. His in Deum sanctissimis affectibus rex magnus sic arsit, ut Argam reverentia & submissione summam velut pauperulus e pago scholasticus praeiret amiculo lineo, paludamenti vice indutus. Super omnia, quod nemo satis miretur, saltabat totis viribus. Solidae laudis est, in rei honestae virtutisque studio omnibus opibus, viribusque elaborare. Hinc plurimis saepius inculcandum: Totus ora, totus canta, totus labora, totus auscultat, templum aut mensam Dominicam totus frequenta: hoc scilicet imperamus. In eo, quod agis, nervos omnes contende, in hanc partem tota mente incumbere. Nimis quam saepe hic deliquimus: oramus, sed non toti, os garrit, sed ab ore lingua divertit, in templis cantamus, sed sola voce, non tota mente; laboramus, sed segniter & remisse, non totis viribus; concionem auscultamus, sed aure non utraque. David saltabat totis viribus, nec enim poterat, quidquid fecisset, suae devotioni satisfacere. Hac tantos sumptus fecit regia prorsus liberalitate, nec enim publicam elemosynam egenis, sed aliis singulis viris feminisque largam sportulam, prout regum fasti memorant, divisit. Et partitus est universae multitudini Israel, tam viro, quam mulieri, singulis collyridam panis unam, & assaturam bubulae carnis unam, & similia fraxam oleo. Hic sumptibus regis opus, ut ducentis viginti quatuor millibus hominum dari posset collyrida primo, non vulgaris, sed atropitii clibanitarum panis largior quadra, de carne autem carnis asse aut lixe non frustillum, sed segmentum amplum sex ossa, tertio placenta lata seu lagnum, aut atrolaganum, quales in xenodochiis coqui solent. Haec omnia David fecerat suo in Deum affectui testando. Itaque non saltabat tantum, sed & cantabat, & Deum laudabat, & munera donabat totis viribus.

Ibid. 13.

In virtutis studio omnibus viribus elaborandum.

Erga populum Davidis liberalitas. 2. Reg. 6. v. 20.

2. Laudatissimus sui contemptus.

Cur Michol in arce translatioe nullam habuerit laudem.

Psal. 131. v. 1. Asperiora verba mansuetudine sunt lenienda.

2. Reg. 6. v. 12.

§. II.

Laudatissimus sui contemptus in hoc rege predicandus. Haec virtus tanto laudabilior, quanto difficilior, tanto pulchrior quanto rarior. Prior illa virtus, tam ingens in Deum affectus suaviter exercetur, haec non sine lecta in opus prodiit, tantis praesertim fastigiis laboriosum est, seipsum abicere. Itaque hic David Davidem vicit. Regina Michol, non magnam hic habet laudem, nam i. sacram hanc pompam non duxit, cum aliae tamen feminae huic interessent. 2. Elationem praese fuit, ut regis filia stipatae plebis congressum conversata. 3. Conjugem suum censuram nimis gravi perstringens, nimis eum & scurris contulit, quasi saltibus absurdis fatuum egisset. Et certe nisi David vir mitissimus fuisset, responsum ferreum dedisset tam facile non digerendum. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.

Audite Conjuges, & quicumque alii: asperiora subinde verba sunt glutienda, non continuo faciendus pugnus, intentandus pugio, stringendus gladius. David non tantum non acri & contorta oratione, non maledicentia, non conviciis usus, sed mansuetissimè & submissimè: Ludam, inquit, & vilior sum plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis. O mea conjux, Deo abundantius honorando, meipsum magis prebebo deridendum, praesertim illusoribus ad hoc natis; omnem calcabo fastum in ejus gratiam, qui me extulit ad solium: vestimenta plebeia nec in rege sunt indecora; haec ego in honorem ejus non abiciam, qui

A mihi dedit purpuram: Deo enim placere cupio, non hominibus. Ludam, & bona domina, ludam, & vilior sum. Tu ad humanos oculos expendis omnia, sed erras splendide; alia sunt iudicia Dei, alia hominum, illa observanda, haec spernenda & repudianda. Quo quisque vilior est sibi, hoc pretiosior est Deo. Ero igitur humilis in oculis meis, nec magni me aestimabo, modoque me pede metiar, non giganteo. Exemplis terreor recentibus, nam etiamnum patris tui Saulis intueor praecipitia, non sequar.

Modestia & submissio (humilitatem appellamus) ignota ferè virtus idololatri, nota satis Christianis, sed plerumque semitam, quae ad illam ducit nesciunt, aut eam inire nolunt. Haec ad humilitatem semita, sui despicientia est. Virtus tam praecleara quam rara. Nos magni nimium nos ipsos aestimamus; humiles videri volumus, non viles, pretio nostri nimium abripimur. Hinc viles Deo, nobis pretiosi sumus. Atqui nemo ferè humilis dici potest, seipsum animo contemnere nondum didicit.

Contemptus sui velut aurum quod conchulis infundi solet, pretiosum quid, sed perquam exiguum & paucissimis locis venale. Inter religiosos viros prima haec quaestio est: Quantum quisque despicientia sui profecerit. Ad veram humilitatis virtutem nunquam perveniet, qui humilitatis fundamentum sui contemptum ignoravit. Sed heu, quam pauci sunt, qui persuaderi se sinant, ut seipsos spernant. Ohe, satis est, inquit, satis si alii nos contempnant, cur ipsi nos abiciamus in noxam injuriae? repugnat hoc natura. Repugnat factè, sed vitiose ex Adamo propagata. Hinc illae lacrymae, hinc indignissime fecimus haberi nos despiciant. Nemo nos tangat, ulcus est, quaquà tangimur. Aliter nos homines sancti tam praesca quam novae legis erudiunt. Ludam, ait David, & vilior sum. Interpretes horum Bernardus: Ludam, Bern. 17. 87. inquit, ut illudat. Bonus ludas, quo Michol irascitur, & Deus delectatur; bonus ludas, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum praebet; bonus ludas, quo efficitur opprobrium abundantibus & despectio superbis. Quis iste lusor, quis lycen, quis saltator iste? Israelis & Iuda, regni geminati ter unctus rex, nihilominus lusu repetito fieri vult vilior, sumpsit insignissimus contemptor. Nec imitatoribus caruit. Davides hoc in quo ex-viro nomen, Eusebii discipulus, quod Theodoretus celleretur, narrat, homo in semetipsum durissimus ac severissimus, centum quinquaginta monachis praefectus per annos quadraginta quinque, nunquam visus est ab ullo iratus, sibi semper simillimus. Ad hunc Theodoretus ipse Cyri episcopus revisit saepius tanquam ad magistrum discipulus: cumque una sederent diversis colloquiis attentis, Publius sacerdos antistes a Vicarius in colloquentium conclave irruens, & cenobii patrem atrociter exagitans: Haec lenitas, inquit, omnibus est detrimento, nec enim modestia sed amentia est. At Davides velut adamantinam habens animam non pungebatur iis, ait Theodoretus, quae sua natura solent pungere, nec vultum mutavit, nec colorem duxit, nec sermonem turbide abruptit, sed Publium lenissimè hoc unum rogavit, faceret quae vellet, modo lineret ceptum sermonem cum praesentibus per-texti, uti necessarium. Certè Davides tam turbulento nugatori cum sedate nunquam respondisset, nisi didicisset seipsum contemnere.

Turonensis Praeful Martinus sui contemptum & amabat, & tantis studiis ambiebat, ut a suo met ministro sacerdote Briccio superstitionis & amentiae sepius damnatus, & sedis calumniis profectus, nec minimum irae signum ederet, honorem laesum patientia defenderet, calumnias silentio refutaret. Injurias quippe aliis irrogatas castigabat, suas dissimulabat.

Quis nobilior sit.

Humilitas est virtus ignota idololatri.

Contemptus sui est fundamentum humilitatis.

In quo ex-viro nomen, 1. Davides.

Philotenus, sive Theodoretus apud Roserick.

2. Prior.

2. Turonensis Praeful Martinus.

labat: Hoc tam rare virtutis ab una sui desipientia habuit Martinus.

Laudem ex ea re parentes maximam adipiscuntur, presertim si summi ordinis sint, quando liberos sic educant, ut ij sese non aestimare discant. Fuit ut magni principis filiolus pueruli lusu vitreum orbiculum frangeret. Citatus ob id ad ferulam: Quid, ait, Princeps sum, & vile vitrum non ausim pertundere, ni prius licentiam rogem? Hoc dicti mater rescians: Quid tu puer, inquit, Principem te jactare audes? Fungus es. Et quotiescunque interrogabis fueris, quis sis, me volente ac jubente respondebis semper: Fungus sum. Ab eo tempore complures sepicule subornati sunt, qui magna audentum recreatione quærent: quis enim es tu? Non aliud parvulo Principe respondente, quam hoc: Fungus sum. Quod mater filio id sui contemptor sibi occinit perpetuo: Fungus es. Et quisquis exte quæserit: Tu quis es? dic cum veteri Poeta: * Caudex, stipex, fungus sum.

Vir doctissimus juxta & facundissimus Innocentius de Angelo, quod præsci Annales memorant, ut estimationem sui & pretium calcaret, seipsum allis & cepis oneravit vilissimè vestitus, urbem, in qua notissimum eruditio fecerat, obivit, nec aliud amovit, quam contemni ab omnibus, quando se ipse plus omnibus contemneret. Sui contemptor illud Davidis assidue usurpat, Ludam, & vilior sum. Quidquid cachinnorum domi vestra est, & dicaces sanniones, in me unum expromite, irridete, protervè mihi illudite, omnibus me ignominii appetite, graviora meipso judice sum meritis; stultitias ingentes & plurimas commisi, cur iniquè feram, hominem temerariè stultum irridiculo haberi? isto vas signum operculo.

Certa ad Humilitatem via, sui desipientia. Et tanto quis Deo est vilior, quanto sibi pretiosior; tanto autem pretiosior, quanto ipse sibi vilior.

CAPVT XXI.

Prohibetur David edificare templum.

ARCA in tabernaculum recens conditum deducta, & bellis aliquantulum sopitis, David omni cogitatione curaque in propagandum Dei cultum incubuit, doluitque se domum de Cedro structam habitare, Arcam Dei hospicio non digno diversari. Idcirco Nathanem vatem accersens deliberationem habuit, Consilium struendi templi valde probavit Nathan. David Nathanis autoritate animatus, propè decrevit ædificium sacrum aggredi. At nocte proximâ Deus Nathani suam sententiam aperuit, nollet se à Davide condi templum, sed à Davidis filio. Ne verò Davidi hoc Dei decretum videretur durius, ingentes addidit promissiones: Fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in sempiternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus jugiter. Mox loco confurgens David ingressus est Arcam tabernaculum, & precatione prolixâ summas Deo gratias egit, de tantis in se suisque favoribus, rogavitque Deum, ut porrò suis esse Pater non desineret. Hic illustria quatuor documenta erunt expendenda.

1. Omne gaudium Deus luctu temperat. 2. Ingens ædificandi templi desiderium repressit Deus, & Davidis filium templi architectum elegit. Quâ in re David divinæ voluntati suam insigniter subjunxit. 3. Humanissimam Dei munificentiam Davidi exhibuit, nihilominus eum ad sui contemptum provocavit. 4. Ad Arcam in tabernaculo sitam in divinas se precationes rex optimus effudit. Atque hæc paulò explanatius jam tradenda.

I.

I. Omne gaudium Deus miscere luctu assolet. r. Omne gaudium Deus miscere luctu assolet. Cælestia solum & æterna gaudia ab his mixturis sunt immunia. In ceteris ubi mel, ibi fel. Vbi uncia mellis, ibi sepius dunt sunt fellis. Solennis Arcæ pompa duplex lætabile & festos dies peperit, triumphos habuit splendidissimos, merum mel. Sed Deus sat fellis affudit, nam Oza subitâ morte corruit. Ita hoc gaudium sine luctu nequirit finiri, idque in supplicatione primâ. In altera omnia iterum lætitiis & triumphis exultabant: sed neque hic fel defuit. Vix enim David domum dicit cumulatus gaudio, mox eum invasit conjunx, & mediastinum vilissimum fatuæ levitatis arguit, & irrisit. Hinc assentior veteri Iambo.

Dans & foris agrè quod sit, semper est san. In hac mortalitatis valle ubi copiosissime crevit Abinthites, nemo bibit merum meracum; nullo id pretio comparabile est: nemo gaudiis ex omni parte sinceris fruitur.

Afflictio, indivisa virtutum est comes. Rectè agis? Non procul erit invidia. Malè agis? In sinu mala conscientia, in tergo hæret Nemesis. Vbi mel, ibi & fel perpetuâ conjugatione.

II. Decreverat David edificare templum, idque animo sinèque optimo. Huic Deus per Nathanem respondens: Nolo, ait, ut tu id facias, tuo hanc filio reservabis curam. Objecerit hinc David: Præclarissima quæque pro divinis honoribus cogitavi agere; non sinor. Sineris, mi David, sed non sineris tuo id arbitrio facere, sed divino. Et ne istud regem gravius affligeret, sententia in celo late redduntur causæ. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. Filius, qui nascitur tibi, erit vir quietissimus, faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam Pacificus vocabitur. Pacem & otium dabo in Israël cunctis diebus ejus. Ipse edificabit domum nomini meo. 2. Bellatorem te volo, non architectum. Sed etsi jam non sint bella; non multò post erunt, & tibi otium ædificandi non dabunt. 3. Voluntas Dei, cui placuit in fieri, nec aliter. Potuisset Davidi Deus septennium pacè optimum indulgere, quod templo struendo daret; quanto quidem tempore Salomon structuram eam perfecerat. Sed aliud divinæ voluntati visum est. Voluntas Dei pro sexcentis causis, pro mille rationibus est. Causarum satis est, Deum velle, nil ultra quæras. Id quidem Davidi acerbus fuit nuntius, ab ædificio templi se exclusum, quia tamen ita Deo placuit, suam penitissimè ad divinam voluntatem conformavit. Factus est quod voluerit Deus, edificare, non ædificare, ligna, lapides colligere, quos alius componat, in utrumque paratus. Nihilominus David graviter sensit, se animo & votis non posse obsequi, quandoquidem eum Nathan, antequam decretum Dei sciretur, in illis ædificandi cogitationibus plurimum confirmarat his verbis: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac, Deus enim tecum est. Vestra Majestas magno animo id instituti, quod mente versat, aggrediatur. Res magnæ molis est & opus præclarissimum, quod Deo non poterit non placere.

Secundâ.

Placuit certè Deo, Davidem hoc velle, imò eum hoc velle, voluit Deus; noluit tamen, ut ipse ædificaret, sed filio ædificaturo materiam præpararet. Quod certè plurimum afflixisset optimum regem, nisi suam divinæ voluntati perfectissimè afflixisset. III. Deus in Davidem humanissimus & liberalissimus: Quod cogitasti in corde tuo, inquit, edificare nomini meo, benefecisti, hoc ipsum mente tractans. Veluti gratias agit Deus famulo suo de operâ sibi non præstitâ, sed præstandâ grati fecisti.

Deum in Davidem liberalissimè fuisse. 1. Reg. c. 8. v. 18.

Deum in Davidem liberalissimè fuisse. 1. Reg. c. 8. v. 18. * Hebraicè præstandâ grati fecisti.

Quidam nobilibus par.

Tiratio, Innocentius de Angelo.

Davidi templi ædificatio deliberatur.

Quæ inhibentur, ingentibus promissionibus additis. 2. Reg. c. 7. v. 18. De quibus gratias agit Deo.

Quatuor documenta.

præstandâ. Ita benignissimus Deus cum suis suaver solet agere. Quod in psalmis laudans David: *Cum sancto, inquit, sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris.* Perfecto & cum humano humanus eris, cum liberali liberalis eris. Nimirum nostros mores induit Deus, & quales nos in illum sumus, talis ille in nos est. Verè, quod Paulus dicit, *benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei.* Liberalissimum in Davidein Deus sic egit, perinde si dixisset: Permittere non soleo, ut mei me famuli liberalitate vincant: tu mihi ædificare volebas domum, sed quæ dirui potest, & diruetur, ita quidem, ut nec lapis super lapidem sit mansurus, at ego ædificabo tibi domum æternam. Quod dilucidè Dei vicem promittens Nathan: *Prædicat, tibi Dominus, inquit, quod domus faciat tibi Dominus. Qualem obsecro? Stabilitam thronum regni ejus usque in sempiternum.* Interea tamen, ne hanc humilitatem Dei ac liberalitatem sese offerat David, in memoriam illi revocatur originis vilitas: *Ego te tui de pasceis sequentem greges. Cogita quis fueris? opilionem exuisti, me jubente, & induisti regem.* *Madama tibi & sceptrum, me donante, gratis obvenèrunt. E tantillo tantus evasisti, favente Numine. Ita nobilissimi quique, cujuscunque sint ordinis & dignitatis si abavos, avavos, tritavos, & ad originem familiæ primam revocent gradum, quem invenient: Seneca id credemus: Bona mens, inquit, omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles. Nec rejicit quemquam Philosophia, nec elegit: omnibus lucet. Patricius Socrates non fuit: Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus: Platonem non accepit nobilem Philosophia, sed fecit. Quid est, quare desperis his te posse fieri parem? Omnes hi majores tui sunt, si te illis geris æquam. Geres autem si hoc protinus tibi persuaseris, a nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sumus, nullius non ortho ultra memoriam jacet. Plato ait: Neminem regem non ex servis esse oriundam, neminem non seruum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsum fortuna versavit. Quis ergo generosus? ad virtutem bene à naturâ compositus. Hoc unum est intruendum, alioqui si ad vetera revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo Mundo ortum, usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis sordidisque, alternata series. Non facit nobilem arvium plenum fumosis fraginibus, nemo in nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem: cunctæ quacunque condicione supra firmam licet surgere. Nota itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum: potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. Quosmodò? inquit, si mala bonaque non populo auctore distinxeris. Intruendum est, non unde veniant, sed quo eant. Si quid est, quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo jure: depravari enim in malum non potest. Ita hæc dona originis & præcipiæ gratis & dormientibus obveniunt.*

Ludovicus XI. Galliarum rex, quod Ecclesiastes notus memorat, in eade summâ Canonicorum, sacris interfuit, auditque eo manè unum aliquè e Canonicorum cætu obiisse. Dum in templo est, videt casu in vicino sacello dormientem sacerdotem, huic dici jubet, defuncti mystæ sacerdotium ad ipsum transitorium, ut omni vitâ possit verè dicere, fortunam sibi optimam obvenisse dormienti. Ita Deus è caulis, è pasceis Davidem ad purpuram, ad solum evexit. Munera Dei sunt gratuita.

IV. Davidis ad Deum precatio affectuum sanctiorum plena fuit. Orationis exordium à sui contemptu ducens: *Quis ego sum, Domine Deus, inquit, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc usque.* Singularis hic favor est: gratia merissima. Tanta nec petere, sed nec sperare ausus unquam fuisset, quanta in me unum concessisti beneficia: *Quid tibi, mi Deus, in me tantopere placuit, ut me sordibus extractum, evcheres*

A in regale solum? Ut verò monstraret, quàm seriò hæc precaretur, *Ingressus est rex David, & sedit coram Domino.* Perinde rex fecit atque is, cui nuntii venerunt optatissimi, ob quos ad templum properat, & in precibus effusus gratias Deo meminit. Ita rex David sedit coram Domino, non sellam regiam occupando, sed constantissimè precando. Vatablus quidem, Nemini, ait, sedenti licuit orare, nisi regi. Hic tamen non istud jus regis, sed diuturna precandi constantia significatur. Verus erat Verbum: Romanus sedendo vincit. Siquidem gens togata longanimitate patientiæ hostes vincere conabatur. Sic Isaias præcipiens: *De-scende, inquit, sede in pulvere, virgo filia Babylon.* Quo iustu poenitentia prolixior indicitur. Iosephus Hebræus de hac venerabundâ regis sessione ita loquitur: *Procidit in faciem David, & status humi more supplicantis adoravit Deum.* Exordium itaque à sui contemptu duxit. Melius sanè nequisset exordiri. Huic tali exordio in ca narratio affectuum optimorum referta. Nam in ea decies se servum confitetur, undecies Dei in se dominium extollens: *Domine Deus, inquit, Domine Deus meus, Domine exercituum, Deus Israel, &c. Incipe ergo, & benedic domus servi tui, ut sit in sempiternum corat, te, quia tu, Domine Deus, locutus es, & benedictione tua benedicetur domus servi tui in sempiternum.* Capite superiori diximus vicem moniti: *Torus ora.* Id accuratè David præstitit: *Torus oravit, omnes precationi vires impendit; effudit omne cor suum coram Deo.*

Narrationem secuta est confirmatio; exacta gratiarum actio. Hic David disertissimus: *O mi Deus, inquit, cumulasti me beneficiis maximis; nunquam me satis exhibere poterò gratum, tamen si dies noctesque agendis gratiis impendam: è mille me periculis eruiisti, mille me donis immerenter affecisti. Hæc ego verbis nunquam explicare vero. Quid ergo addere poterit ad hæc David, ut loquatur ad te? Hoc solatio est, & cor meum medullitus intimè à te penetrari, & hoc me tibi mille modis devotissimum fateatur servum.* Nec enim pro meritis meis vel minimum, sed divinæ benignitati tuæ totum adscribi debet propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti magnalia hæc. Ita tibi placuit, ita factum est; meo proflus immerito, tuus in me favor liberalissimus fuit.

Hoc orationis exordium, hanc narrationem & confirmationem admirandus clausit epilogus iste: *Propterea invenit servus tuus cor suum, ut oraret oratione hac.* Quousque igitur, quæso, excurrendum, ut inveniat quis cor suum? Nil esse potest propinquius. Sunt tamen non pauci, quorum cor totum pæne Orbem pervolet. Hi raro domi suæ sunt, animum suum vix unquam inventiunt. At David: *Invenit cor suum, inquit, servus tuus. Cor Davidis in corde Dei se absconderat, & cor Dei in corde Davidis inveniri poterat.* Hoc ajo: *Quidquid volebat Deus, & nolebat, hoc David voluit, noluitque. Ideo: invenit, ait, cor meum non in me, nec in meâ voluntate, sed in Deo, divinâque voluntate.* Quod Chrysostomus in Davide summi estimans: *Propter hoc, inquit, omnia diligebat à Domino misa, non de his, quæ siebant judicans, sed unum solum elaborans, ut in omnibus obediret, & leges ab eo petitas sequeretur.* Beatus, ter beatus, qui cor suum, suamque voluntatem sic perdit in Deo, divinæque voluntate, ut ea nusquam, nisi in Deo sint reperienda. Res summi lucri est ita perdere. Immensum divinitatis pelagus omnia infinito fenore sibi commissa reddet.

Psalm. 17. v. 26. & 27.

Ad Tit. c. 3. v. 4.

2. Reg. c. 7. v. 17. Ibid. v. 13. In honoribus vilitatis nostræ reminiscendum. 2. Reg. c. 7. v. 8.

Senec. ep. 44.

Animus facit nobilem.

4. Davidis ad Deum precatio-nem affectuum sanctiorum plenam fuisse. 2. Reg. c. 7. v. 18.



CAPVT XXII

Legati Davidis ignominiosissime habentur.

A Idcirco stolidam prabet tibi vellere barbam

Hinc vetus verbum: Leonj mortuo barbam vellere. Christus hoc ignominia... De Moabitis Isais: Moab ululabit in cunctis capitibus ejus salviuum, & omnis barba raderet. Inter Hispanos summa fuit ignominia hostis sui barbam prendere: hoc autem minari, inter atrocissimas minas censebatur. Rex Alexander Macedo, teste Plutarcho, ne suis Macedonibus hoc injuria inferretur, barbas omnium radii jussit. Germani veteres de homine admodum serio affirmabant: Barbam sibi non finit pervelli. Si ergo gravis est ad sperandum, barbam alienam prendere aut vellere, quanta erit tondere, auferre, & quidem tam turpi modo, ut dimidia tantum pars barbæ raderetur. Accessit & illud: dimidia pars capitis ad cutem attonsa. Nam decalavavit eam. Ita dimidiam partem veluti canes rasi puerorum sibilis & ludificationibus in plateis regii Legati exponebantur. Cur autem hoc irrisiois genus in Hebræos excogitatum? Quia illi ut foedum quid & impium horrebant comam aut barbam ad cutem tondere, quando hoc idololatriæ in lectu & funeribus usitatum. Sed & lex vetus Levitici jubeat: Neque in rotundam attondebitis comam, neque raderis barbam. Idcirco Hebræi, hoc ut prodigium abominati, quod Ammonitæ non ignorabant. Accessit illud ignominia hujus auctarium, vestes ad umbilicum turpiter accisæ. Iudæi certè, Legati maxime, & pene omnes Orientis incolæ talares tunicas gestabant. Atque has juvæhis rex ad lumbos ferè præcidi jussit, idque in conspectu aulicorum & civium, ut eos nemo non irridiculo haberet, & exhiberet. Ita demum ubi eis tam proterve illufum, dimissi sunt. Contemptus honorabilis adversus tam potentem regem. Si quis nostrum in cumululum rapiat, quidquid unquam irrisiois aut contemptus pertulit, non æquabit vel minimam partem hujus in regem potentissimum excogitati despectus.

Discamus, obsecro, non nimium horrere ab aliis contemptu. Optime dixit Plutarcho: Auspicandæ Philosophiæ magnum instrumentum est, Contemptus. Et certe ad submissionem & humilitatem Christianam via est humiliatio, seu, despicatio. Nec seipsum unquam serio contemnet, qui se ab alio vel levissimè contemni non tolerat. Sapienter dicit Seneca: Quem quis contemnit, calcas sine dubio, sed transiit. Et in acie jaçens præteritur, cum stante pugnatur. Cur, quæso, tot perniciosis miscemur litigiis? Quia contumaciter stamus, & vel minimè contemni holumus. Christianæ Philosophiæ omnis expertus est, qui à nemine sustinet sperni. Sed hic porro querendum, unde regis tanti contemptus?

II. Merè eaque falsâ suspitione, quam æmerarium excepit judicium, istud secuta est calumnia aperta. Exploratores sunt. Quâ in re consiliarii regii geminam admiserunt noxam. 1. Publicum bonum minimè spectarunt, sed suum in Hebræos odium. Neque hoc tantum, sed & malignum impetum secuti sunt, & quod ille suggererat, primo furore censuerunt exequendum. Nec cogitarunt factui, hinc telam exordimur, quam difficile pertexemus; populis & provinciis luendum erit, quod jam audeamus; plectentur Achivi, quod nos deliravimus. Nil horum: Satisfaciendum animo, saturandum odium, sic fiat. Nil sperandum boni, ubi affectus tam pravos extrudit impetus. 2. Non tantum non bonum publicum, sed nec conscientiam attenderunt: quis eorum quæsit? An nobis hoc licet facere? An non delinquimus

Seriem bella ad... Ammonitarum... Syria... Amalecitanum... Idcirco... Regi... Exploratores... Vnde maxima... I. Maxima...

Cur hoc genus irrisiois excogitatum. Non absque his historiis in vita s. Fulgentii.

Senec. ep. 105. Vnde regis contemptus.

Secundâ

quimus in jus omnium populorum, cum Legati ubique gentium inviolabiles & sacrosancti habeantur? Quicumque Principibus a consiliis sunt, id unice spectent, ex aequo & bono suadere, affectibus privatis ac commodis longissime seponis. Utilitas publica & conscientia propria, his summe curanda. Sunt, quae speciem utilitatis publicae praeferrant, sed quia eis conscientia refragatur, aliud statuendum. Vbi autem privata spectantur commodata, ibi praesultor & choragus est affectus. Expertus id Roboamus rex, qui senatores juvenes, clavo inexpertos & fatuos secutus, ex uno regno fecit duo, alterumque perdidit. Expertus id Alishorus, qui Ammonum maximè dotatum minimè fidelem comperit. Eam ob causam Esther candidissime: *Auris principum, inquit, simplices, & ex sua natura àlios estimantes callidà fraude decipiunt. Quae res & ex veteribus praesentatur historiis, & ex his, quae geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia depraventur. Expertus hoc & Hanon rex juvenis, in quem illud Ecclesiastae pronunciatum: *Veni tibi terra, cuius rex puer est. Nimirum Syracidà teste, *Quis perversos est civitatis, tales & inhabitantes in eà. Rex insipientis perdet populum suum. Quod Hanon tam stupidus, non ad eò accusandus, sed quòd tam credulus. Facillimè illi fuisset deprehendere suos stare à partibus, & è vitioso loqui affectu, idcirco alii etiam super eà re fuissent interrogandi; An aequum sit Legatos tali ignominia notare. Nil horum, sed prout dictabat impetus, ita agebatur. Perge igitur, perge, mi puer rex, damno tuo doceberis.***

Hic nostrum quisvis videat, quantum sit malum, suspicio & temerarium iudicium. De Legatis David temerè dicebatur: Sunt exploratores. Quibus, obsecro, argumentis, quibus infidus hoc affirmatur? Num id constat, an solis inconstituta spargitur rumoribus? Quòd si hos timetis, legationem admittite, sed gladium circumspicite. Suspicio & temerarium iudicium principia rerum pessima, peccatis grandibus nos involvunt. Quanti non dederunt locum timori, aut livori, & dederunt suspitioni. Heli sacerdos cetera non improbus, suspicione tamen & iudicio temerario in super atque calumnià in Annam feminam sanctam, censor iniquus fuit. Verè quod Itali dicunt, respectus, suspicio, & despectus, everunt mundum. *

§. III.

Temerarius hic respectus Legatorum, quam grandi fenore fuit repensus! Regum Chronicon testatur: Videntes autem filii Ammon, quòd injuriam fecissent David, tam Hanon, quam reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamià & de Syrià Maacha, & de Sobà currus & equites. Hæc prima peccati poena, tres auri milliones * ad initium belli uno velut jactu consumpti. Tanti hæc irrisio & ludus stetit. His sumptibus Ammonitæ triginta tria millia militem collegerunt. At David misit Ioabum Imperatorem suum, qui pane melior seipso, cum Abisai fratre rem præclare gessit. Neque enim prudenter tantum, sed etiam contra quam solebat, religiosè: *Esto vir fortis, inquit, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri. Dominus autem faciet, quia bonum est in conspectu suo.* Ad primum verò congressum Syri sunt fugati. Ammonitæ fugam Syrorum cernentes, mox & ipsi certatim fugere coeperunt. Ita victor rediit Ioabus. Syri resumptis animis velut jam fortius acturi, non multo post tempore in aciem redierunt cum rege Adarezere, qui castrorum Praefectum habuit Sobachum, Vniuersus Syrorum & Ammonitarum exercitus centum & triginta octo millia militum completebatur, præter septingentos currus, seu septem millia armato-

rum, qui è curribus pugnabant. Contra hunc tam immentum exercitum David Israëlis populum omnem sub signa evocavit ad prælium, & transmissio Iordanis, felicissimè confluxit cum hoste. Nam unico hoc congressu octoginta septem millia virorum è Syris & Ammonitis interfecit, ipso etiam Imperatore Sobacho caelo.

Videte, obsecro, in quantas lacrymas mutatus sit risus! Ita luerunt Ammonitæ irrisum, quo Legatos dimiserant. Tres auri milliones in bellum expensi, Congressu primo omnes in fugam acti, altero supra octoginta millia hominum mactati. An non insigniter puniti? Sed & plura sunt passi, quod suo loco dicemus. Ite nunc confidite stultis, & illudite Hebraeo regi: in vestrum recidit caput hic lusus.

Hoc certò sciamus, qui alteri illudit, sinum suum conspuat. *Uias clamat: *Va qui spernis, nomen & ipse sper. Isa. 33. neri. Cum fatigatus deseris contemere, contemneris. Minatur & Salomon: *Parata sunt derisoribus iudicia. Quis caveat vel illum hominem contemnere: ultorem nimis robuitum & irrisorem sentiet Deum. Quisquis autem cavere cupit hoc vitii genus, cum primis caveat humanæ gentis impetus maximas, suspicionem, temerarium iudicium, affectus vitiosos, & similes illis impetus. Qui malè suspicatur, in temerarium iudicium facillimè prolabitur; qui temerè iudicat, pravos affectus cumulat, hinc impetus furiosi, hinc lerna malorum. Ita diabolus, cum scelorum principi non obstitit, flagitiorum longissimam necit catenam. Repeto: Respectus, suspicio, & despectus everunt orbem.***

CAPVT XXIII.

Adulterium David & homicidium patris.

Cum Augustino hic exordiar: Dicam ergo, non quod volo, sed quod cogor; dicam non exhortans ad imitationem, sed instruens ad timorem. Post tot illustres victorias David parum civiles egit gratias; à seipso suæque virtute degeneravit turpissimè. Quia verò Deus tam insignis artifex est, ut è plumbo eliquare aurum, è malo possit educere bonum, hic ipse Davidis lapsus plurimum nobis profuit, quem idcirco Deus voluit Orbi patefcere. Rem gestam brevi complectar. David rex à pomeridiano somno in solarium ascendit, otiosus & curiosus obambulando diem fregit. Hic feminam palatini famuli lavantem vidit. Iudæis assidue lavationes in usu erant, pleæque legibus iustæ. Hic autem unicus curiosior in alienum hortum prospectus, in peccata lethalia complura, regem sanctissimum traxit, coram Orbe & Angelis pudescit. Siquidem è curioso illo oculorum otio ingens nata est tentatio, quam David potuisset, & verò etiam debuisset vincere. Sed heu! tot urbium expugnator, tot gentium victor & dominor, à libidine se vinci passus, fecit quod caro & diabolus suggestit. Ut autem commissum scelus, & quæ sequi solent infamia tegetetur, Vriam rex è bello ad se vocavit eumque varia per speciem interrogans, hoc unicum laboravit, ut eum ad conveniendam uxorem mitteret. Vriam generosum militem non decere ratus, belli tempore ad conjugis blandimenta divertere, domi suæ pernoctare noluit, sed inter prætoriam cohortem noctes singulas exegit. Rex non desistere, sed urgere hominem & humanissimè monere, rediret domum, uxorem conviferet, quietum tandem somnum domi suæ caperet; insuper è regiam mensam misit ferula domi fruenta, imò Vriam ad mensam suam adhibuit eumque epulis & vino probè sepelivit. Sed Vriam, quid rerum ageretur, ignarus, quanto magis

Esther c. 16. v. 6.

Ecclesi. c. 10. v. 16.

Ecclesi. c. 10. v. 2. 3.

* Sospetti, respetti, è de spetti guastano el mondo. Alit, El respetto, el de spetto, el suspetto guastano el mundo.

3. Hic contemptus grandi fenore repensus.

* Trices centena millia aureorum.

2. Reg. c. 10. v. 12. & 1. Paral. c. 19. v. 13.

Ejus causam.

Ad id tergendum astutus & artificium.

magis urgebatur, ut domum rediret, tantò minus ibat, ne scilicet mollis & ignavus miles aut uxorius haberetur. Vbi rex vidit omnem humanitatis conatum frustra esse, & ita denique patefaciendum scelus, confilium inivit cruentum, epistolium misit Ioaobo Imperatori suo, Vriam in aciei fronte collocaret, ubi certissimum immineret periculum. Factum. Vrias è medio sublatus. Hoc imperio David non unum sed plura commisit homicidia. Sed horum nihil curat libidō. Atque hic viri tam sancti tam gravis lapsus, complura hoc loco dissertanda suggerit. 1. Cur Deus Davidem ita labi permisit, ut id omnes scirent. 2. Occasiones lapsus. 3. Vitiōrum catena explicanda. 4. Quid in tali lapsu deterrimū. 5. Quam grave scelus sit adulterium, hoc capite dicendum.

§. I.

Permisit Deus tam sanctum vatem in hac de causa incidere, ut Dei iustitia simul, & misericordia in tali viro potentiùs elucerent. *Universe via Domini Misericordia & Veritas. Misericordia & iudicium cantabo tibi Domine.* Deinde voluit Deus, ut sciremus è talibus delictis sanctissimos etiam hos viros fuisse non tantum homines, sed imitabiles; atque ut ejusmodi foediores lapsus non solum averfarentur, sed omnes etiam peccandi occasiones fugeremus. Nam qui amat periculum, in illo peribit. Hic nos Augustinus erudiens: *Non sit delectatio Minorum*, inquit, *lapsus Majorum, sed sit casus majorum, tremor minorum.* Præterea hic etiam maximorum columnarum ruinis, virorum tam sanctorum flagitiosis casibus erudire nos voluit Deus, ne noxis talibus contractis animum desponderemus, & verum resipiscendi modum disceremus. Augustinus hic geminam præceptionem instillans: *Audiant, inquit, qui non ceciderunt, ut non cadant; audiant, qui ceciderunt, ut surgant.* Peccatum cum desperatione cæta mors Multi cadere volunt cum David, & nolunt surgere, cum David. Non ergo cadent exemplum propositum est, sed, si cecideris, resurgendi. Attende, ne cadas.

II. Priùs aliquis lapsat, quàm in peccatum penitus corruat. Ad prolapsionem hanc variæ sunt opportunitates. 1. Somnus pomeridianus, præsertim in molli lectulo vocatus. Accidit, ut surgeret David de stratu suo post meridiem. Somnus in stragulo pomeridianus vitiosæ consuetudinis pronubus. Meridiano corpori valde noxia, ut scholæ medicorum docent: nisi aliud exigat consuetudo, aut regionis ratio. Atque ut cibus & potus extra prandium cenamque sumptus officit, ita somnus non suo tempore admiffus incommodat, mollioris animi, & deliciis fracti argumentum. Invitum ab hoc somno vinci non ad eò turpe, illum ultro accersere, & ad eum se componere, planè damnandum. 2. Otium, alter ad vitia pronubus: Deambulabat David in solario domus regis & nihil serii meditabatur. Otium Bernardo rimosa navis, quæ ob neglectum nautarum, sensim haurit aquam, & demum mergit. Onum Laurentio Iustiano, stagnans palus est, plena sordidis bestiolis. Quisquis otiosus est, brevi & vitiosus erit. Iners otium, magister vitiōrum felicissimus. Malus esse compendio discas, modò incipias otiosus esse. Davidi proxeneta fuit otium ad flagitium non unum. 3. Oculi curiosi, emissitii ductores ad vitia certissimi. David vidit mulierem se lavantem. Hic Chryostomus præclare monet: *Audiant curiosi; aperuit in vano oculos, & suscepit sagitta iutum. Oculus curiosus potentissima fax tam sedis incendii. Inverecundi oculi & verecunda mens, magnum in Orbe prodigium, vix usquam reperiendum. Nemo dicat pudicum se habere animum, nisi & pudicos, cautos, castos habeat oculos; si oculi vagi, volantes,*

Tom II.

A emissitii sint, & velut seductæ columbæ columbarium alienum subeant, cor inquietum protinus sequetur. Quod Ezechiel Propheta dixit: *Oculos eorum fornicantes, cor eorum fornicans, & recedens à Deo committatur.* Idcirco Iobus: *Perigi sedus, inquit, cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.* Nam quod Cleomens Alexandrinus asserit, Vitiosus amoris principium est. Eosdem oculorum naevos commonstrans Petrus: *Oculos, inquit, habentes plures ad alteri & ineffabilis delicti.* Oculos quàm cautissimè custodiat, qui mentem cupit custoditam.

III. Mirabilis inter vitia cohesio, & velut catena Agmen in Davidem duxit otium. Mox adfuit curiositas humanæ gentis vitium. Hoc infecutum est cordis adulterium. Huic proximum ipsam adulterii flagitium. Insuper Vrias redditus est ebrius. Dein per epistolam infamatus, brevi & occisus. Inde contractum cum adulterâ connubium, hanc penique criminum catenam secuta offensio & exemplum pessimum aulae, civitati, toti regno proditum. Ab hoc multiplici facinore vitiosus est David induari & lapidescere, & inde non tam Deum, quàm infamiae fetorem toto regno spargendum metuere. Hinc in omnem se partem flexit, ut hanc sceleris notam sic aboleret, ne in vulgus emanaret. 1. Vriam vocavit, quasi de rebus bellicis interrogaturus, *Quæ sit via, quàm rectè ageret Iob & populus, & quomodo administraretur bellum?* Reipsa, totus in eo erat, ut Vriam domum amandaret. Hinc ille voces tam humaniter inculcat: *Vade in domum tuam, & lava pedes tuos, quiete ac bonis perfruere. Secutusque est eum cibus regis.* At Vrias propositi tenax, & ignarus hoc unum agi, ut domum rediret, inter regium satellitium, legionem Cerethi & Phlethi excubavit. At David sermo suavi comitate urgens: *Nunquid non de via venisti? ait, quare non descendisti in domum tuam?* Cui Vrias: *Supremus Dux belli Dominus meus Iob, & Arca Dei sub pellibus, procul à calcitrans, & extra delicias habitant, sed & aliis generosis Ducibus ac militibus terra lectus est, & ego unus cæteris effeminatior ad uxorias delicias secedam, & somnum lecto fulciam? Per salutem tuam, & per salutem animæ meæ non faciam rem hanc.* O mi Vria, hæc militaris generositas exitio tibi erit! Sed unum adhuc arietem huic viro admovendum censuit David, ut quem sermones blandissimi non potuerunt domum ablegare, saltem expugnarent pocula. Ergo eum vocavit, ut comederet coram se, & biberet, & inebriavit eum: *qui egressus vespere dormivit in stratu suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit.* O pravum Davidis consilium! necavit Vriam, antequam necaret, priùs ebrietate, dein gladio. Diserte hic Augustinus: *Qui alterum cogit, ut se bibendo inebriet, inquit, minus malum erat, si carnem ejus gladio vulneraret, quàm animam ejus per ebrietatem necaret.* Sed neque hoc stratagemate Vrias percelli potuit, ut domum suam ab alicuius excubiis secederet, tametsi plures aliæ castelle ad id eum instigarent. Cogitandum venerat: *Quid dicet uxor mariti, odium interpretabitur abnoctationem tam contumacem; me sui oblitum causabitur, cum ab eâ jam quatuor mensibus absim. Num conjuge penitus insalutatâ redeam in castra? Nōrunt Superi, quando in Hierusalem simus reversuri: quid verò commilitones dicent, quàm nullus sim paterfamilias, qui rem domesticam tam nihili ducam? Quid dicet focer meus, & mei cognati? His omnibus spretis Vrias rerum inscius à suâ domo abnoctavit constantissimè. Quis hic, obsecro, non videat sublimiore ista consilio gesta? Quis luculentum Dei iudicium in Davidem non reprehendat? Astutior fuit Davide sapientia divina: Deus est, Iobo teste, qui apprehendit sapientes in astutiâ eorum.* Ergo Deus voluit crimen Davidis

Bbb

non

Causa quod dicitur

Cor Deus ta... Davidem... Augustinus...

Duplex perceptio

Occasio... lapsus... prima...

Secunda

Tertia... Chrysim... 150.

Vitiōrum catena

Agus Davidis ut tegeret peccatum

Primus de rebus bellicis interrogaturus

Secundus

Tertius

Quartus

Ibid. v. 13.

Aug. 10. 1. 231. de tempore.

Iob. 5. v. 13. & 1. ad Cor. 3. v. 19.

non abscondi, sed detegi ac publici iri: idque è singu-
lari gratià.

Quæritur. Quando igitur David frustra omnia tentari animo
advertisit, Iobabo duci epistolam scripsit his imperiis:

2. Reg. c. 11. *Ponite Vriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium,
& derelinquite eum, ut percussus cætereat. Epistolam, inquit
Chrysofostomus, ferebat plenam sanguine, quidem suo,
ita ut coactus fuerit fuisse mortis fieri minister. Hac au-*

Vriam fuit
sua: mortis
minister.

David cum
adulterâ
jungit con-
nubium.

2. Reg. c. 12. *Catena &
annuli à
Davide è
pluribus
flagitiis al-
ligati.*

1. Sa. c. 18. v.
6. & 9.

4. Quid in
tali lapsu
deterrimus.

Ecclesi. c. 3.
v. 29.
Idem c. 2.
v. 1. & c. 5.
v. 5.

Libido
omnem
pudorem
& pruden-
tiam exter-
minat.
2. Reg. c. 11.
v. 24.

Ibid. v. 25.

Quando igitur David frustra omnia tentari animo
advertisit, Iobabo duci epistolam scripsit his imperiis:
*Ponite Vriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium,
& derelinquite eum, ut percussus cætereat. Epistolam, inquit
Chrysofostomus, ferebat plenam sanguine, quidem suo,
ita ut coactus fuerit fuisse mortis fieri minister. Hac au-
tem epistolâ prius infamatus est miser Vriam, quam
necatus. Siquidem Iobabus secum ita cogitaverit. Vti-
que vir iste piaculum grande commisit, sed parcitur
honori, morte in illum decretâ generosiore: idem
cogitaverint & illi milites, qui iusti eum in extremis
periculis non juvare. Est catenam, quam nexuit Da-
vid è pluribus flagitiis. Nam penultimus catenæ an-
nulus fuit homicidium, & quidem non unius sed plu-
rium, & multiplex. Nec enim, quod Toftatus obser-
vat eâ ratione quibat ab hoste interfici, quin simul
plures tollerentur, & animus hosti cresceret è fu-
gentium pavore. Denique cum adulterâ jungit con-
nubium David, affectu certe non laudando. Nam
matrimonia ejusmodi lege præcâ videntur vetita,
quamvis censurâ validâ jam inita. Ideo Nathan ex-
probrans: *Et uxorem illius, inquit, accepisti in uxorem
tibi. Hanc, obsecro, catenam iterum considerate, &
illi annulos numerate: Otium, curiositas, cordis
adulterium, ipsa fidei maritalis violatio, ebrietas Vriæ,
dehonestamentum, cædes, homicidium plurium, con-
jugium cum adulterâ, pessimum in toto regno ex-
emplum. Tales catenas necit faber ab orco: Nullum
peccatum solum & incommittatum incedit. In pluri-
mis id observandum. Eam ob rem Isaias clamat: *Tunc
Invocabis, & Dominus exaudivet si abstuleris de medio tui ca-
renam: Dissolve colligationes impietatis. Virtutes sibi ne-
xæ sunt; qui unam habet intimè familiarem, omnes
habet. Pari modo & virtutes sibi nutius nexibus copu-
lata sunt: qui uno gravius laborat, omnibus laborat.
Hæc illa catena est de medio auferenda, hæc col-
ligationes impietatis dissolvendæ.***

IV. Deterimum in tali lapsu est labendi frequen-
tatio. Cum scilicet non tantum semel delinquitur, sed
sæpius: cum quis peccandi assiduitate in eam se con-
suetudinem abducit, ut difficillimum videatur non
peccare. Chrysofostomus graviter dehortatus: *Concu-
pisti, ait, & peccasti: si cupis agere poenitentiam, ne adjicias
peccatum super peccatum. Hanc peccandi consuetudi-
nem Siracides deplorans: Cæd' nequam, inquit, gravabi-
tur in doloribus & peccator, adjicies ad peccandum. Fili pecca-
sti, ne adjicias iterum, sed & de pristinis deprecare. Ne ad-
jicias peccatum super peccatum. Hi profectò periculossimi-
mè vivunt, & palàm ad inferos tendunt, vera diabo-
li mancipia, qui peccata graviora identidem repe-
tunt: hodie delinquant, pœnitentiæ idem liberius agunt,
idem alterâ, idem tertiâ hebdomade, & quidem au-
daciùs committunt; ita cum peccatorum numero
crescit & peccandi animus. Quisquis es, cave, ne in
hanc voraginem descendas, ne adjicias peccatum su-
per peccatum. Peccandi consuetudo res deterrima.
Atqui hoc libidini proprium est, nunquam expleri,
nunquam satiari. Libido vitium præceps & cæcum,
pudorem & prudentiam omnem exterminat. Homo
libidinosus velut avidum mare absorbet & gurgit
omnia, modò suæ obsequatur libidini. Cùm bellicæ
cladis nuntius diceret Davidi: *Dixerunt jacula sagit-
tarii ad servos tuos ex muro desuper, mortuiq; sunt de servis
regis, quin etiam servus tuus Vriam Hebraeus mortuus est. Da-
vid hoc nuntio nihil turbatus, factum Iobabi laudavit.
Imò suorum occubitus ut rem minutulam æstelli-
mans: Non te frangat res ista, inquit, varius eventus est belli,
& nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Nemo miretur
has voces regis, suorum militum mortu parum inge-**

miscentis: Libido excæcat, efferat, dementat, præ-
cipitat. Hoc Chrysofostomus expendens: *In ipsum, in-
quit, peccati barbarum precipitatus est David, sed cæcis sur-
rexit. Adulterium & homicidium non repetit; nec
adjecit peccatum super peccatum.*

V. Adulterii gravitas. Adulterium tam grave, Quam
peccatum est, ut Iobus pudicâ conscientia dixerit: *grave sit
Si deceptum est cor meum super muliere, hoc enim nefas est adulterii
& iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans,
& omnia eradicans genimina. Homicidium Augustino teste,
adulterii fructus. Siracides affirmativè pronuntiat: *Omnis homo,
qui transgreditur lectum suum, contemnens di-
cit: Quis me videt? tenebra circumdant me, & parietes coop-
erunt me, & nemo circumspicit me, quem vereror? Delictu-
rum meorum non memorabitur Altissimus. Et non intelligit,
quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à se timo-
rem Dei hujusmodi: hominis timor, & oculi hominum timen-
tiam. & non cognovit, quoniam oculi Domini multo
plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias
hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes
in absconditas partes. Et erit dedecus omnibus, eò quòd non
intellexerit timorem Domini. Sic & mulier omnis relinquit
virum suum, & statuens hereditatem ex alieno matrimo-
nio. Primum enim in lege Altissimi incredibilis fuit; secundo
virum suum dereliquit; tercio in adulterio fornicata est:
dedecus illius, non debetur. Adulterium, inquit Ambro-
sius, feris etiam ac barbaris detestabile. Adulterium vel
ipsæ bestie detestantur, & inter se acerbe vindicant.
Omni ævo hoc flagitium Deus abominatus est. Cùm
natura etiânum leges dicitaret ante promulgatum
decalogum, adulterii supplicium mors fuit, & qui-
dem mors in flammis subeunda. Hanc sententiam
Iudas in Thamar nurum suam dixit: *Producite eam, ut
comburatur. Si sæculò tam rudi adulterium tam serio
punitum, quid faciendum lege clarissimâ jam latâ.
Non machaberis? Hebræis certè legibus etiânum
Christi ævo tam adulteri quàm adulteræ lapidibus
obruj jubebantur. Arabes, Parthi, aliæque nationes
edictum in adulteros cum poenâ & judicio prescrip-
serunt & sanxerunt capite. Prisci Saxones tam
mœchum, quàm mœcham aut laqueo aut flammis
pœcârunt. E Romanis Imperatoribus aliquot sub poe-
nâ capitis adulterium veterunt.***

Nunc locis plurimis connivet virtus blandimen-
tis sopita: adulteria passim committuntur impunè,
magistratus cessant, neque hanc reipublicæ pestem
poenis coercerent, aut tantum levioribus. Gravissi-
mum supplicii genus est, luere marsupio. Ita imma-
nè crescit & roboratur hoc flagitium. Quod Oseas
gravissimè questus: *Homicidium, inquit, & furtum,
& adulterium inundaverunt. Severas rationes exiget
Deus ab iis, qui luem hanc alunt connivendo. In
Diplos adulteros, jam lata est sententia, & à Paulo
promulgata: Neque fornicarii, neque idolis servientes,
neque adulteri regnum Dei possidebunt. Libanius dicitur
Philosophus. Vndenam, inquit, putas tam cre-
bra audacter committi adulteria? Nonne ex eo,
quod adulteri è judiciis tam facillè absolvantur? Dif-
ferentiam legum statuens Hieronymus: *Aliæ sunt, in-
quit, leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus;
aliud Deus nobis præcepit. Sic foran mollior huma-
narum explicatio, divinarum nimis quàm exacta est:
quoniam qui vicia agunt, regnâ Dei non consequentur.**

Balduinus Flandriæ Toparcha, ex hoc Constan-
tinopolis Imperator, quod Nicetas narrat, tantis
odiis profectus est adulterii flagitium, ut quavis heb-
domade per præconem bis publicè proclamari jusse-
rit: *Ne quis in palatio meo pernoctato, qui alienam
conjugem contigerit.*

Basilus Seleucus dicta consignans nobili oratio-
ne: *Grave malum est, inquit, fornicatio, & omnino grave, & i. suis
immortalis finem.*

immortali digna cruciatur. Sic enim mille contrahuntur noxae. Quare horror vos de hoc morbo liberetis, aut templorum adyta ne subeat. Nescitis, clamat Paulus, quoniam corpora vestra membra sunt Christi. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Fugite fornicationem.

CAPVT XXIV.

David penitentiam de peccatis agit.

Nathan ad Davidem a Deo mittitur ut medicus. Parabolam mittit ut ad penitentiam excitet. David suus efficitur iudex. Nathan beneficiat Deo Davidi collata nocet. Ibid. v. 10. & 11. Ibid. v. 13. Peccatum agnoscit. & variis seipsum supplicis afficit. Tom II.

A se proluit, nunc eo mortuo è terrâ surgit, & hilaris mensam accumbit? Ad illa rex: Propter infantem, inquit, dum adhuc viveret, jesi, ravi & sivi. Dicebam enim: Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & vivat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare jejuno? Nunquid poterò revocare eum? Ego nesciam magis ad eum, ille verò non revertetur ad me. Dum hæc expendimus, tria nobis veniunt differenda. 1. Quomodo peccati gravitas, & sequentes peccatum poenæ sint propositæ. 2. Quam seridò respuerit rex David, & quæ poenitentia signa ediderit. 3. Quam integrè voluntati divinæ se attemperarit.

Quod primum attinet, peccati gravitatem Nathan ita statuit ante animum, & ante oculos regis, ut excusationis nil profus inveniret. Vide, inquit, Nathan, ingrati animi crimen. Has rusticani viri filius, tuorum fratrum minimus, passus, & contempseris, & Deus te in regem extulit. Hunc beneficentem tuum sic ausus es offendere? Has illi gratias rependis? Et quoties Deus vitæ tibi gratiam fecit, quoties Saulis unguibus hæreas captus, morti proximus? tot tantisque periculis subduxit te Deus tuus, Servator tuus, hunc ipsum tu injuriis lacestis? Quot te victoris, quot beneficiis alius ornavit? itane tu respondes beneficiis? hunc eis honorem habes? Agnoscis utique Deum, locis omnibus præsentem, & tamen in illius oculis flagitia patrare gravissima reveritus non es. Quare contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu ejus? Homicidium cum adulterio copulasti. Honestam feminam in scelere societatem traxisti. fidelem servum hac injuriâ dejectum insuper infamasti, insuper & necasti, incredibili totius regni, & omnium hostium offensione. Ergo peccatum non claudus comes sequetur supplicium. Et sicut tu in Vriam innocentem, ita Deus in te nocentem stringet gladium, qui non recedet de domo tuâ usque in sempiternum; bella tibi ex bellis orientur, aliquid quietis non tibi, sed filio tuo dabitur ad struendum templum. Tu conjugem alienam estis unicam violasti; idem hoc tuo fiet gynæceo: tollentur uxores tuæ in oculis tuis. Absalon id audacissime fecit. Copiosissimum te probum, idque publicum insequetur. Tu enim scisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël. Porro infantulus è toro non legitimo natus morietur.

Videte, quæso, quàm catharticis medicamentis soleat Deus illorum animum purgare, qui noxiâ intemperantiâ lethalem contraxere morbum. Hæc poenâ interrogantur peccatis, talibus piaculis luendæ sunt noxæ. Profecto David ad hoc usque tempus excors, & uxoriis blandimentis captus, decem mensibus, de respicientiâ nihil cogitavit, altum hæsit in sordibus, non quidem eadem repetens, sed nullam agens poenitentiam. Cum autem Deus hæc illi in os opprobriari juberet, tandem in semet descendit, reum & proclamavit, & Nathani se curandum subjecit his vocibus: Peccavi Domino. Hoc primum.

Alterum, Poenitentia Davidis seria. Peccavi, ait. Virtutum se prodit prima, peccati notitia. Nec peccasse tantum fatetur, sed Domino: E quibus verbis liquet ad peccati notitiam accessisse, verum de peccato dolore. Est dolor, sed inutilis & imperfectus. Inutilis qui humana tantum spectat, & peccati damna, sed non æterna considerat; jacturam famæ, nominis, pecuniæ, dignitatis, patriæ, sanitatis, vitæ, sed solum caducæ. In Saule rége talis dolor. Peccavi, ait. Sed mox aliò abreptus, & malè regno suo metuens: Sed nunc, inquit, honora me coram senioribus populi mei, & coram Israël. Talis & in Antiocho rége fuerat dolor. Ingemiscebat ille tot à se mala Hierosolymis patrata, non ob nuntiocho

Tria expendenda.

1. Quomodo peccati gravitas, & sequentes peccatum poenæ sint propositæ.

Ibid. v. 12.

Ibid. v. 13.

2. Quomodo respuerit David, & quæ poenitentia signa ediderit.

Duplex dolor, inutilis.

1. Reg. c. 15. v. 24 & 30. In Saule fuit dolor inutilis, sic & in Antiocho

minis reverentiam, sed ob morbi & mortis lævitiã. O Christiani, quã charã, quã pretiosã, sed & quã rara est contritio vera! Ille verè dolet, quem ferid peccati pœnit. Atque dolor non malus, sed imperfectus, horret gehennam, & celi tantum æstimat jacturam, non huminũ offensã. Dolor verus ad sinceram pœnitentiam necessarius, divinam injuriam offensãque considerat; hinc moeror oritur, qui spretam & abjectionem Dei gratiam, qui Deum super omnia diligendum, peccatis gravissimè læsum deplorat. Hinc lugubres illæ voces: *Peccavi Domino*, Quas David sæpius ingeminans: *Tibi soli*, ait, *peccavi*. Vriam quædam summis injuriis affeci. Bethsabeam illius conjugem viatim, quosdam militiã meis imperiis occidi, multis millibus pessimo exemplo nocui: sed si hæc omnia cum injuriis Deo illatis compono, minuta sunt hæc omnia ad illas maximorum montium moles. Itaque David doluit, non ob sceleris infamiam, non ob vulgi sermones, nec ob filioli mortem, sed ob summi benefactoris offensionem. Eheu cogitabat, tot Dei potius donis, tot Deo injurias rependi: *Peccavi Domino!*

Doloris Davidis argumeta.
Primum. *Psalm. 50. v. 3.*
Secundum. *2. Reg. 6. 12. v. 7.*
Tertium. *Psalm. 108. v. 24.*
Psalm. 6. v. 7.

Quartum. *Psalm. 108. v. 24.*
Psalm. 6. v. 7.

Quintum. *Psalm. 50. v. 5.*
Psalm. 41. v. 4.
Psalm. 101. v. 10.

Sextum.

Amus: *Quis*, ait, *iste peregrinus? Concupiscentia. Vt ergo illius ostenderet castitatem, peregrinum nominavit concupiscentiam.* Nec enim unquam antea, nec postmodum unquam hanc culpam repetiit. Hoc certè deterimum est, cum quis noxam aliquam ita committat, ut eandem iterum iterumque ac sæpius, tam denique frequenter committat, ut assiduitate assuescat, non est videturque non posse non assidue facere, quod toties malè fecit. Quod David semel deliquerat, non perfunctorio lætu deplorans: *Peccavi*, ait, *Domino*. Mox Nathan delicti gratiam fecit, dixitque: *Transfugit Dominus peccatum tuum*; quã mitis Deus! In opulentum civem, qui ovicularum rapuerat egeno, sanguinis sententiam dicitur rexi, & capite puniri tantquam rerum capitalium præfectus iussit. At ipse cedis & adulterii convictus, ubi binas dixit voculas, mox de reis exemptus est. Tantum, inquit Augustinus, valent tres syllabæ, *Peccavi*. Ita tribus fabis tres auri montes lucrari possumus. Nihilominus è plurimis hominum, nequidem tres syllabæ ullo modo extorqueri possunt.

B Sed hic, obsecro, quã attentissimè consideremus, quem Deus juris ordinem servet. Æterni supplicii gratiam fecit, admissam culpam remisit, temporariam tamen pœnam, eãque satis rigidam exegit à Davide. Hic Dei mos est, æqualitate inter culpam & pœnam servatã. Nam uti capillus minimus suam habet umbram, sic & minima peccata suam habent pœnam. Dixerat quidem Nathan: *Transfugit Dominus peccatum tuum*, dimissa est culpa & æternum illius supplicium, sed non dimissa est temporaria pœna. Longissima malorum series, sed breviorẽ te sequetur; labe, ignominia, dedecus, seditiones, bella, calamitates variæ te prement, liberorum probra, cades, stupa te affigent: tres filii jugulabuntur, Annonem Absalon, Absalonem Ioab, Adoniam Salomon occidet, septem nec aliunde deberunt peccati pœnæ. Videte, quã ratione Deus deorum solutionem expediat, & suæ ipse justitiæ satisfaciãt. Quod in Davide Augustinus factum, deprehendens: *Vt*, inquit, *et contritus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter probaretur.* Pœnas sempiternas condonat Deus, pœnas temporarias reservat & expetit. Hinc illi stultissimè considerati, & cum ratione infani: Hæc omnia, inquit, exomologesi delemus, & unã fidelia parietes dealbamus plurimos. Ita mei, ita immortalem culpam, sed breviorẽ pœnam non tollitis. Multa scelera, multa pœnarum genera. Hinc nemo miretur tam varias & crebras hominum afflictiones, ita nomina Deus exigit, dum vivimus, nõsque favore singulari punit, ne puniat; punit pauculis momentis, ne puniat æternum.

D Tertium hæc capite sub oculos ponendum, est conformatio ad divinam voluntatem insignissima, quod ferè omnia spectant, quæ de Davide differemus. Nesciebat David, an decretoria Dei voluntas esset, filiolum recens natum extingui, ideo dixit: *Quis scit, si forte donet eum mihi Dominus.* Ideo etiam pro vitã parvuli preces ardentissimas fudit, septem diebus inediã se maceravit. Iosephus arbitratur eã hebdomade totã nil penitus cibi admisisse regem. Ego putem nil cibi cocti gustasse, sed è bellariis aliquid libi vel panis saccharati, ad vitam solùm sustentandam sumpsisse. Sed & repudiato lætu humi cubuit, & vigiliis se afflixit. Insuper solitarius egit, & vitam incultam, non lotus, non unctus, posito cultu regio, velut captivus sacco vestitus duxit.

Monebant Prisci depilationibus ac gravedini curanda: *Efurias, sitias, vigiles, sic reumata cures.*
 Rex David, esuriit, sitiit, vigilavit, oravit, jejunavit, sic crimina curavit, vitam tamen infantulo non,

** Ita Hebraeus cõtextus habet.*

Chrysolom. 1. in ps. 50.
 In peccatum semel remissum non est recidendum.
 2. Reg. 6. 12. v. 13.
 Nullum peccatum remanet inculcum apud Deum.
 Aug. 1. 2. contra Iovinianum c. 67.
 Quam integro-
 luntari di-
 vine le ar-
 separavit.
 2. Reg. 4. 17. v. 22.
 Ar-
 Deo
 Di-

non servavit: auxilium omne concidit, actum egit; infans mortuus est. Plinius olim: Rem bonam, inquit, fecisti, regule, quod mortuus sis. Idem ego hic usurpem? Rem optimam fecisti, mi parvule, quod mortuus sis. Nam adultior factus, fuisse digitis notatus; dixissent: Hic ille puer, hic ille juvenis est furto conceptus. Et non minus curvis pravisque moribus, crediderim, fuisset iste parvulus atque alii Davidis filii plerique omnes a parentis sanctimoniam multum degeneres. Igitur favoris fuit divini parvulum hunc maturius extingui.

Hic autem David virum se gessit, cum suam divinae voluntati perfectissime subjunxit. Infante mortuo non vane lamentatus, nec verbulo adversus Deum questus, surrexit totius, unctus, vestem indutus regiam, ingressus est domum Domini, atque sic precatus: Tua, mi Deus, placita & decreta ex toto placeant: forte mea contentissimus sum; sanctissimam voluntatem tuam obviis ulnis amplector. Tuum velle ac nolle meum est. Filiolum meum te nolente nolim vivere: gratias tibi ago, quod mihi veniam & vitam indulseris, & eadem bonitate filio meo lucem & vitam ademeris. Tuo, Domine, nutu vivimus, ad tuum nos arbitrium totos fingimus & conformamus: moniti te sequimur.

Ita nos in omnibus loqui oportet & agere. Sin aliter agimus, & reluctamur, aut inviti nutus divinos sequimur, animi tranquillitatem nunquam consequemur. Exemplo monstramus, quod dicitur: Valentudo mortis omnibus curatur, mors tamen non evitatur. Quisquis es, divinam voluntatem laetis amplectere. Pari modo jactura sit decem aut viginti millium, aut plurium Philippeorum. Non defuit industria cavendo huic dispendio, damnum tamen cavere non potuit. Lava igitur & unge faciem tuam, dic centies, iterumque centies: Fiat voluntas Dei, fiat, fiat. Aliae atque aliae infestant miseriae, calamitates premunt diversa? Hoc ipsum assidue cogitandum: Sicut Domino placuit, ita factum est, ita fiat: Benedictus Dominus Deus Israel, a saeculo & usque in saeculum. Hoc est agere hominem secundum cor Dei, hoc in summis miseriis facit esse beatum.

CAPVT XXV.

David occisum deflet Ammonem filium.

IN diversioris ea est ratio; dum cenant diversiores & potitant, nigram tabellam caupo pererraret, & rationes scribit, quas symposio finito exigit. Decoxit haecenus David, tandem Deus adfuit, & rationes exegit. Dicitur Davidi: Hoc & hoc condonat tibi Deus, culpam & culpae poenam aeternam, remittit, non item poenas temporarias; longa te malorum series expectat. Peccati, praemium poena.

Ammon maximus natu filius Davidis, viginti annorum juvenis, impuro amore infansiam, suam sororem Thamar deperit. Ignem subdidit diabolus, & unum aliquem e familiaribus Ammonis concitavit hominem sagacem, sed nequam Ionadabum, qui consilium patibulo aut rota luendum suggerens: Ita, inquit, Domine mi, age: aegrotum te finge, & accessum Patris opperire in lectulo, praesentem roga, illud solatii non neget aegro. jubeatque forbitiunculam parari a sorore, & fida ejus manu porrigi. Annuit non gravate David Pater, jussitque fieri, quod aegrotus posceret, licet regiae virgines summe custodiri solerent. Quis autem hoc furtum suspicaretur a fratre, obque, ut putabatur, aegro committendum? Patrato jam incestu Ammon sororem multo, gravius odisse cepit, quam antea amarat; ita blanditiis in

A feritatem veris, onclavi eam eiecit ejulantem, ut tanto facilius citiusque flagitium innotesceret.

David etsi hoc scelere commissum graviter accepit, quia tamen Ammon primogenitus erat & charissimus, noluit factum gravius castigare. Absalon autem id odii cepit in fratrem, ut hoc unum cogitarit, qui facinus suum vindicaret. Absalonem paulatim nosse discamus, juvenem variis, insolentis, elati, indomiti ingenii, qui odium adversus fratrem conceptum biennio toto suppressere potuit & tegere. Tandem cum ejus oves tonderentur, qui dies Hebraeis festivissimus erat, convivium regium in villa suburbanam parans; astute ac nequiter tam parentem quam fratres omnes ad illud invovit. Negavit principio Pater cum filiis se venturum, ut sumptibus parcere-tur. Vrsit Absalon, & enixius rogavit, cum tamen minime vellet adesse Patrem, sed abesse suspicionem. Tandem impetrauit fratres omnes convivias. Interea domi cum servis est aliquantum remitentibus rem componit, & frater eadem imperans: Attendite, inquit, cum Ammon frater meus inceperit, mero calidum. scere jam madidus, cum signo dato jugulate. Ego sum, qui praecipio vobis, regis filius, jester dominus. Factum ut jussit, & in mensa obruncatus est Ammon. Mox solutum omne convivium; quibus regionum juvenum mulam insidens Hierosolymam properavit. Pama tamen quantumvis celeris praevortit, nuntiatumque est regi, omnes ejus filios esse occisos. Hic tria nobis praecipite discenda. 1. Amor impurus quam non sit stabilis & diuturnus, sed saepe inimicitarum semen: quae si re etiam liquebit, quomodo Deus peccata puniat peccatis. 2. Quomodo Absalonis biennio potuerit coeque odium. 3. Luctus Davidis maximus, quid habuerit solatii.

Abalonis in Ammonem fratrem odium.

& fratri-cidium.

Tria discenda.

I.

Impurus amor inconstantissimus, homini a fronte formoso sed in draconem desinenti simillimus. Ammon sororem Thamar ita deperit, ut matrem contraxerit. Amor profecto magnus, sed impurus. Hic ignis non a Christo in terram missus, sed a diabolo fumen ex Orco est. Hic Ammonis amor pessimus, cum crederetur fore maximus mutavit. Nam flagitio commisso, exosam eam habuit; odio magno nimis, ita, ut majus esset odium, quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Idcirco eam extrudi domo jussit complosis supra caput manibus publice lamentantem. Lex certa: Amor male conciliatus non est diuturnus. Parum modo: Connubia sine Deo auspice infelicia. Omnis amicitia, quam non virtus copulat, minime firma, infamis & vacillans est. Amici parum stabiles sunt, qui potando, hellepando, ludendo, furando coeunt amicitiam. Ambros male conciliati, non diuturni. Non ignota herba Helenum e lacrymis Helenae, aut e quercu, ad quam Helena se suspendit, natum dicitur, & rixas provocare. Amor impurus velut Helenium litis & rixae seminarium est, diffidia, furores, bella, cruces parit.

1. Amor impurus quam non sit stabilis & saepe inimicitarum semen.

2. Reg. c. 13. v. 15.

Hypanis fluvii dulcedo & amaritudo.

Cicero pro Calio.

Num. c. 34. v. 12.

Bbbb 3

incon-

David in morte filii adfuit Deum non queritur.

In omnibus calidissimis temper Deo benedicendum.

Penam exegit Deus a Davide.

Ammonis erga Thamar sororem amor impurus, unde.

inconcessa voluptas habet exitum, mare falsissimum, A multam & amaram poenitentiam, quamquam nimium feram, desperatorem profundissimam. Sic

Amnonis amor est umbra- tio hominum ad inferos dejectorum.

2. Quomodo Absalonis odium potuerit biennio coerceri. 2. Reg. 13. v. 20. Ibid. v. 22.

Amnonis amor maximus in summum mutavit odium. Et hæc adumbratio est hominum ad inferos dejectorum, qui ea, quæ hic perditæ amarunt, detestabuntur æternum tam peccata, quam peccatorum causas, socios, illecebras, epulas, merum, Venereas, peccatias, pompas, & omne luxus & luxuriæ choragium. Hæc omnia ad ultimum falsissimum clauduntur mari.

II. Absalon potentissimi, sed & sanctissimi viri degener filius, homo fraudulentus, versipellis, simulator, honoris nimium quam appetens, vindictæ cupidissimus. Hinc voces illæ blandiores: sed nunc soror ræce, frater tuus est; neque assigas cor tuum pro hac re. Interea eadem animo coquebat. Porro non est locutus Absalon ad Amnon nisi bonum, nec malum, oderat enim Absalon Amnon. Sic autem cogitabat hæc vulpes: si odium præmaturè produm, crebuntur insidiæ; mentem igitur blandis vocibus, humano vultu tegam, dum pulchri facinoris adit opportunus. Ita biennio eventum odium humanitatis larvâ velavit. Sed non adeo grande mirum hoc fuit; Confessionis & Communionis sacrosanctæ mysteria ignoravit. Mater Christianos mirum & abominandum est, reperiri, qui totis annis intima odia pectore sepulta, aliâque conscientia maculas scdissimas confessione non aboleant, aut nequiter id simulent se facere, non faciant; homines deplorandi, suo exitio læti, in seipos fraudulenti.

Absalon biennio, elapso patrem invitavit ad convivium, non ut compareret, sed ne res suspecta fieret. Hoc egit Absalon, ut paternis oculis fratrem jugulandum subduceret, & in suburbanam villam elegeret. Hic in fratrem humanissimè, deliciarum aut ceremoniarum nil omittens, hilaritatem simulavit, vultum vocemque finxit, poculis invitavit. Sed miser Amnon coactus, est suo sanguine respondere. Nam cum convivæ jam hilarescerent merito, ferereturque epulum, clamor subito coortitur, & interficitur Amnon. O miserum! ita tumulentus mitteris ad orcum? Nulla hic mortis, nulla poenitentia cogitatio. Dein Amnon nondum cum sorore, fratre, Deo reconciliatus in immensum æternitatis antrum præceps dejectus est. Hinc Chrysostronus: Intra quos, inquit, supra-

Chrysostr. l. 3. de Providentia.

2. Reg. 13. v. 21.

Davidis in educatione filiorum insuria.

Deus peccatis punit peccata.

tor ille sororius aderat. Huic malo causam dedit non levem David, qui noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. Ita incestum filii non castigavit, partim amore, partim verecundia ductus. Quippe cogitaverat David: Ego ipse sum castigabilis, nam liberis meis pessimo exemplo, nocui, cur exprobrum, quod ipse feci.

Animosum facti innocentia; libertatem adimit sceleris conscientia. In educatione certè liberis rex David vix quidquam laudis obtinuit: regias curas solertissimè tractavit, liberorum curam nec severam, putem, nec seriam gessit. Hinc nec Absalonem patratâ jam cæde de fuga reprehendi & in carceres abduci iussit. Cum enim Absalon ad Ptolemæum regem socerum profugisset, pater eum repetere ut reum non instituit. Ingentia quidem luctus edidit specimen, docuitque hoc facinus sibi nequam probari, non immemor tamen, idem à se factum: Vriam mero sopitum, dein fraude occisum. Quocirca filium fratris carnificem non eo quo debuisset conari insegutus est. En, obsecro, ut Deus peccatis puniat peccata, adulterium incestu, Vriæ cædem Amnonis homicidio, non quodd velit criminata designari, sed ea, quæ designantur permittente, & dirigere ad poenam, ut peccatum fiat peccati supplicium.

Quæritur Deus de contumacia plebis Hebrææ:

Non audivit populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi: & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adventionibus suis. Equidem mirabilis isthæc est poena. Magistratus in hunc quidem virgis, in illum gladio, in istum laqueo, in alios rotâ aut rogo animadvertit: quis unquam furem puniit, ut ulterius fur-retur, latronem ut plures occidat? Sic Deus solet: Vt qui nocet, noceat adhuc, & qui in foribus est, fordeat adhuc. Hinc longè præstat fulmine afflari, quam in peccatum lethale vel unicum labi. Dimisi eos, inquit Deus, qui nocet, noceat adhuc, & qui in foribus est, fordeat adhuc. Hinc longè præstat fulmine afflari, quam in peccatum lethale vel unicum labi. Dimisi eos, inquit Deus, qui nocet, noceat adhuc, & qui in foribus est, fordeat adhuc. Hinc longè præstat fulmine afflari, quam in peccatum lethale vel unicum labi. Dimisi eos, inquit Deus, qui nocet, noceat adhuc, & qui in foribus est, fordeat adhuc.

III. Luctus Davidis maximus. Lugebat rex David 1. Nathanis memor vaticinantis: Suscubabo super te malum de domo tua. 2. Filia Thamaris incestum male dissimulatum deservit, non malè ratiocinatus: Si Pater prævisisset incestum, filius non commisset homicidium. 3. Amnonis filii primogeniti mortem deplo-ravit, mortem cheu sempiternam. Sacer historicus satis id dilucidè significat: Luxit David filium suum Amnon cunctis diebus. Omnem vitam occupavit hic luctus, veluti ob hominem æternitate luctuosâ celsum. 4. Luxit ob infamiam, tam apud Hebræum quam alios populos contractam. Animus malè sibi metuens præ-fagebat: omnibus circumcirca nationibus irrisus, & ludibrio, fabula vulgi eris; carmen de te cantabitur; passim dicent: Hebræi Deo scelus utore gloriantur, & tanta nihilominus patrânt scelera. 5. Subita illa quantumvis falsa fama incredibili merore optimum regem percudit. Delatus erat rumor ad aures regias: Percussit Absalon omnes filios regis, & non remansit eis saltem unus. Surrexit itaque rex, & scidit vestimenta sua. Sed & rex & omnes servi ejus sseverunt ploratu magno.

Hæc maximi luctus sunt argumenta. En quantâ vi irruant supplicia peccati!

Neque solus rex David, & regium cum eo familiarium, sed & omnes filii regis persequè luxerunt. Nam i. Spectatores & testes fuerant cædis, quâ fratrem fratrem inter epulas peremit. Intranter, inquit historicus, levaverunt vocem suam, & sseverunt. Labes scdissima, incestus in regia domo & parricidium. Famam de adulterio & homicidio rex parens vix aliquantulum domuerat, jam recens accedit macula geminati flagitii, dum fratrem incestissimum sicarius frater nō in acie, sed inter epulas & symphoniam jugulat. Hic certè causa meroris plurima. Quid miri aut novi, si acerbitate luctus contabuisse David. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus, omnis afflictionis ejus.

Chrysostronus tam acerbis afflictissimi regis casibus permotus: Sufficere, inquit, ista poterant, Davidis vitam inter eos numerare, qui semper in luctu, & miseris vixerunt. Quippe fabulas omnes, omnemque tragediam vicerunt regis hujus clades, ad eod illi monstrofa, & invicem sibi succedentia domique suæ contigerunt, cum clades cladibus succedere semper pergerent. Considera, quæso, Fabulas, inquit Chrysostronus, omnemque tragediam Oedipi, Atræi & Thyestæ, Etheoelis & Polyneicis hi tragici casus superarunt. Hinc regum fasti asserunt: Rex & omnes servi ejus sseverunt ploratu magno nimis.

Quid in luctu tanto solatii? Filia violata, filiorum unus occisus, alius fugitivus, quid hic solatii? Unica Dei voluntas. Nam ita secum ratiocinatus est David in David tanto luctu.

David: Ob peccata mea poenas à me Deus expetit: A ille quidem fons puritatis nec libidine delectatur nec caede, sed quia hæc simul & delicta & delictorum supplicia sunt, Deus me liberorum meorum vitis puni- nit. Deus hæc fieri permittit ut mihi essent castigatio- ni & supplicio. Quid igitur adversus Deum Dei que sanctissimam voluntatem jure conquerar? Hæc omnia & his plura commertus sum. Faciat Dominus, quod bonum est in oculis suis. Nimirum hoc unicum supererat solatium, sed solatium solidissimum & optimum. Vbi vera cum divinâ voluntate conformatio est, ibi nulla adversus Deum querela, nulla cum Deo lucta est. Faciat Dominus, faciat, quod bonum est coram se. Hæc una res malum omne corrigat hoc solatiorum abunde factis instillat. Velle in omnibus, quod vult Deus, homines secundum cor Dei, filios Dei efficit, cæloque recipit extra cælum.

CAPVT. XXVI.

David ab Absalone regno pellitur.

VETERI dicto: Heroum filii noxæ. Absalon Davidis degener filius jugulato Amnone ad a- rum regem Gestur Ptolemaum profugit. Triennio hic exul mansit. Ejus patrociniom Ioabux dux belli ita suscepit, ut per Thecutidem prudentissimam mulie- rem apud regem causam ejus egerit. Hoc unum pete- batur, liceret exuli Hierosolymam redire. Impetra- tum est, sed eâ conditione, ne patris vultum subiret. Hac lege Absalon Hierosolymis biennium exegit, cum patre nunquam locutus. Nec destitit Ioabux ali- quid amplioris gratiæ rogare, vellet juberet rex in conspectum venire filium, qui ausum temerarium jam quinquennium luisse. Impetratum est & hoc. Admissit Absalonem parens amplexatus cum & oscu- latus non sine lacrymis utrinque fuis.

Sed Absalon inquieti, factiosi, versipellis ingenii juvenis, multa movit in aulâ non movenda, suam interim domum equis & curribus magnificè instru- xit, cepitque cogitare, quamvis oculicissimè, quibus artibus diadema & sceptrum sibi raperet, & parentem excuteret folio. Vt tantò suaviorem res succes- sum fortiretur, omnes eos, quibus negotiû aliquid in aulâ fuit humanissimè nec sine blandis ceremoniis allocutus. Vnde es tu, inquebat, mi bone, quâ patriâ & domo? quæ tua sunt negotia? Vix ullam in aulâ negotiorum executionem est videre; parens differet & procrastinat: pleraque omnia largitionibus aguntur; libelli supplices supprimuntur; juri & justitiæ cereus nasus affingitur: & utinam ego his malis, mederi pos- sim! Hæc nequam juvenis simplicium auribus instil- labat, eaque re Patrem tribunâque regium clam tra- ducebat, ut omnium favores sibi colligeret. Sed & aliam stropham commentus, Peniam petiit à parente voti causa peregrinandi in Hebron. Annuit Pater. Hebrone non rem divinam, sed bellicam curavit, mi- litem collegit quoscunque potuit in suas partes tra- xit: Inter hos etiam numerabatur, qui Davidi à consilii erat, vir primi nominis Achitophel. Nimi- rum hæc novitas plurimis placebat, uti plebs est mo- litionum novarum avidissima Hinc Absalon magnis indies viribus augetebeat. Rex demum in Hebron unctus est, & publicè proclamatum: Regnavit Absalon in Hebron, Mox nuntii ad regem David per- volant: Toto corde universus Israël sequitur Absalon; non ex metu, non simulate, sed serio & animosè. Rex Da- vid non diu cunctatus: Surgite, inquit, fugiamus; neque enim erit nobis effugium à facie Absalon. Festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impellat super nos rumam, & per- cutiat civitatem in ore gladii. Ita fugam maturabant

omnes, tam rex quam regii famuli, & civium multi. Rex pedes abiit, decem eum conjuges regis in domûs custodia relicta. In viâ David familiarium quosdam conspiciit, quos actis gratis, unâ cum Arcâ domum remisit. Nam quid Deus ex alto in se decrevisset, nondum perspiciens: *Invenera gratiam, inquit, in oculis Domini, reducet me. Si autem dilexerit mihi: Non places, præsto sum: faciat, quod bonum est coram se.* Interim in tantâ trepidatione presentissimus sibi rex, jussit certio- rem se fieri ex urbe quidquid de hoste resciri posset. Ita ibat itinere hoc pedestri ac tristissimo, incertus quò iret. Ah! quàm moesta & lugubris supplicatio! Rex annorum pæne septuaginta elivum oliva- rum scandebat flens, nudis pedibus incedens & aperto ca- pite, sed & omnis populus qui erat cum eo, aperto capite ascen- debat plorans, omnesque flebant voce magnâ. Hic quinque dictionis membra nobis explicanda sunt. 1. Vnde hæc turbæ tantæ? quis populum concitavit? 2. Tur- bulatio? 3. Exempla magnorum, quanti faciendâ? 4. Afflictiones Davidis ratenatæ. 5. Confirmatio regis cum divinâ volun- tate.

§. I.

ANNAVS verè ac sapienter: Multorum, inquit, quia imbecilla sunt, latent vitia, non mines ausura, cum illis med. vires sua placuerint, quam illa, que jam felicitas aperuit. In- strumenta illi explicanda nequitia desunt: sic turo serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore; non desunt tunc illi venena, sed torpent. Serpenti simillimus erat Absalon, dum exul, inops, multis odiosus, sese con- tinuit, at Hierosolyma revocatus, in conspectum Pa- tris admissus blandos sentire calores, & ita sensim cepit vomere venenum, & quidem primò omnium, ritu serpentum, in parentem. Prudenter ac sanctè submoneas Augustinus: Multi, ait, res adversas ti- ment, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animo, quam adversa corpori. Prius corrumpit prospera, ut inveniat, quod frangat adversa. Fratres mei adversus felicitatem acrius vigilandum est; propterea videre, quemad- modum eloquium Dei in nostrâ felicitate tollat nobis securi- ritatem: Servite, inquit, Domino in timore, & exultate ei cum tremore. In exultatione ut gratias agamus; in trypore ne cadamus. Hoc peccatum non fecit David, cum persecutorem Saulem pateretur. Quando David sanctus Saulem inimicum patiebatur, quando illius persecutionibus agitabatur, quando per diversa fugiebat, ne in manus ejus in- cideret: non concupiscebat alienam, non adulteratâ uxore occidit virum. Erat in infirmitate tribulationis sua tantò in Deum mentior, quanto miserior videbatur. Vile quiddam est tribulatio, utile medici ferramentum, tanquam diaboli tentamentum. Factus est securus devictus hostibus, pressura caruit, tumor exerevit. Sed ad institutum.

I. Quæ tanti motus ac seditionis causa fuit? Prima, Deus, qui peccatum peccato, ut superiore ca- pite demonstratum est, & prava filii machinatione patris facinora puniens: Ecce, inquit, ego suscitabo super te malum de domo tuâ. Altera causa, Ambitiosa imperandi libido. Ita secum ratiocinatus Absalon: Ego successor sum Patris: sed quis imperii tam diuturni finem expectet? Iam annis triginta pa- teas imperat, diu satis & nimium quàm satis: det tandem locum successor. Exilio quinquennali me mæceravit: hoc ipsum ille gustet, redeat in auctorem sententia, quam tulit. Causa tertia, Nimia parentis in liberos indulgentia. Peccatorum impunitas, præ- fertim in hominibus parum ingenuis parit audaciam. Appositè dixit Chryostomus: semper enim scelera, dum non refecantur, crescunt. Omnia virtutis semina parentes in liberis corrumpunt, quando non primis annis puniendâ puniunt. Dum in Absalone fratris occisi facinus non vindicatur, in parricidium facinus recidivum iteratur. Sicacides in eam

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

1. Reg. 4. 3.

bid. v. 25.

bid. v. 30.

Quinque explican-

Absalon serpenti simillis.

August. in psal. 50.

psal. 2. v. 11.

1. Qua tanti motus ac seditionis causa fuit?

1. Quæ tanti motus ac seditionis causa fuit?

Tertia.

Chryst. tom. 1. hom. de Absalone.

Reli. c. 30. vers. 9. Quarta.

rem pramonens : Lacta, inquit, silium tuum, & paventem A faciet, lude cum eo, & contristabit te. Quarta, cæcus populi furor, quem non ratio, sed sua vel aliena regit libido. Populo placebat Absalon, solus è fratribus reginatus natus, juvenis formosissimus, humanissimus vulpes, Audacissimus veterator, promissor liberalissimus. Ita, quod Chrysostomus dicit, tunius paricidæ furor, tot millia insanire compulit. Nimirum novitas ipsa placuit. Plures enim orientem scem, quam occidentem adorant. Quinta causa tam admirandi motus bellici fuit Achitophel, qui Davidi à secretis consiliis erat, oraculum Hebrææ curiæ. Hic vir civiles has turbas plurimum promovit. Faciem admovit jam furem paratis. Omnium voces volabat. Si vir iste sapientissimus harum partium simul profecto temere ageret: Coloris aliquid habuerunt hi vulgi sermones. Sed videte, quæso, quam præsum sit decipi, præsertim deceptionum amantibus. Achitophel cetera prudentissimus hac in re stultus fuit. Sed illum ad hoc adegit vindictæ amor, prout in talibus promptissimus præfulsor est diabolus. Bethsabea ante conjugium à Davide vitata, neptis fuit. Achitophelis, hinc ille non tantum conspirationis socius, sed foras & auctor.

Quinta.

2. Cur David his malis remedium à se petiit.

I. I. Cur David his malis remedium à se petiit? Arx Sion, seu, civitas David munitissima fuit; à cæcis & claudis propugnari potuisset. David ipse miles cordatissimus, exercitatissimus, in acie nunquam victus, nunquam fugitivus ex acie, neque tunc militaribus copiis destitutus. Sed hic aliud latuit mysterii. Rex pius facile intellexit hic sibi pugnam non esse cum homine, sed cum ultore Deo, qui Absalonis filio arma porrexisset in patrem; ideo hic non ducem agere, sed reum pœnas meritum volebat; nec enim Absalonis, sed Dei iram metuebat. Quà in re maximæ Davidis regis virtutes eluxerunt. 1. Amor in subditos, maluit enim non sine infamiâ fugam capessere, quam urbem periculis obicere. Potuisset equidem cum Cerethæis & Phelthæis multo tempore obsidionem tolerare: noluit, ne suos civis ad paupertatem redigere. 2. Submissio & humilitas; non pœnas, quas Deus ab ipso repetebat, promptissime admisit, easque auxit nudis pedibus incessit. 3. Patientia & mansuetudo admiranda: Nec voculam edidit minus moderatari & placidam. Quis illius audire dicentem: Fulmine trifulco pereat, sicarius hic & latro filius, pereat immanis bestia, in genitorem tam impia. Nil horum imprecatus David, imò regem vocavit, non paricidam. 4. Fiducia in Deum maxima: Omnia videri poterant perditissima, desperatissima; nihilominus David: Tu autem Domine, inquit, susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput. Non timebo millia populi circumdantis me. Exurge, Domine, saluum me fac Deus meus. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Inscriptio huius carminis est ista: Psalmus David cum fugeret à facie Absalon filii sui. Quantæ hoc fiducia fuit in rebus pœne deploratis, de divinâ bonitate sibi polliceti. Quia Dominus suscepit me. Fiducia cum patientiâ inexpugnabilis armatura.

Inde Davidis virtutes eluxerunt. Prima, amor in subditos.

2. Submissio & humilitas. 3. Patientia & mansuetudo.

4. Fiducia in Deum. Ps. 3. v. 4. Ibid. v. 7. & 9.

Ibid. v. 1.

Ibid. v. 6.

3. Exempla illustrium virorum quanti faciendâ.

III. Exempla illustrium virorum summi in ætate que momenti sunt. Reginis delicatissimis & liberis tenerimis, sine equis, sine pilentis aut leviticis in fugam se pedibus dare, res multo difficillima & pœne impossibilis. At cum viderent reginæ earumque liberi parentem jam senem nudis pedibus fugam capessentem, nemo dixit: Non possum sequi. Exempla magnorum occultâ vi cogunt sequi, & jubent facere viribus vix superabilia. Orator potentissimus exemplum, vix unquam non persuadet. Urias negat licere sibi in lecto molliter cubare, cum Imperator Joabus capiti indormiat. Cato milites suos ad omnia fecit promptissimos, quos ipse pedes per confragosa & ardua; per rupes & ipse manu, sua pila gerens processit anhelis

Militis ora pedes: monstrat tolerare labores, Non jubet.

Vix ita paruisent, si talia sub capitis pœna præcepisset. Rex David hoc ipso itinere mostissimo ad Ethai Geatham fugæ comitem: Cur venis, inquit, nobiscum? Revertere & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Hæc venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi: Ego autem vadam, quò iturus sum. Revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciat tecum misericordiam, quia ostendisti gratiam & fidem. At verò Ethai exemplo regis motus: Vivit Dominus, inquit, & vivit Dominus meus rex, quoniam in quocunque loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vitâ, ibi erit servus tuus. Si rex ingrediatur litteram & familiarium quòdam in vinctis stantes annuente manu invitet ad confessum, quis recuset? si flumen trajiciat, quis sequi abnuat? si montes scandat, quis comitari cunctetur? Hæc Christianis potentissima sit ratio, hinc panoplia impetrabilis, cum blanditur caro, cum lævit diabolus in veritum impulsurus, pro se quisque dicat: Christum inter flagra, spinas, ludibria video; in cruce nudum, vulneratum, doloribus exhaustum cerno, & ego me voluptatibus mergam? Vivit Dominus, non faciam rem hanc. Bernardus in rem hanc disertus: Quid magis indignum, quid detestandum amplius, quid gravius puniendum, quam ut videns Deum cali, parvulum factum, ultro apponat magnificare se homo super terram? Intolerabilis impudentia est, ut ubi sese examnavit majestas, vermiculus instetur & intrumescat.

Christiana panoplia est Christum inter flagra & spinas sequi, non faciam rem hanc. Bernardus in rem hanc disertus.

4. Arumne Davidis catenatae. Jure hoc quidè, nam & ipse catenam fecerat, & scelera sceleribus colligarat. Talem divinum imperium urget: Catenam, quam cuncti, tolera. Et videte, obsecro, egressum & supplicationem prorsus lugubrem? Rex cum reginis & liberis, flens, nudis pedibus, flente omni populo, velut mendicus cum paupertino grege urbem deserit, fugam intendit, filio non cistæ veltiariæ, degeneri cedit, nō arcæ pecuniariæ, non regia supplex, non amplius com meatu, nullus nec lectorem nec mensuram apparatus sequitur. In incertum tendunt exules, fugitivi, solo Deo nixi. Miratus hanc lacrymabilem pompam Salvianus: Quale spectaculum, inquit, cum tantus & tanti nominis, cunctis regibus altior, mundo major cum suis fugeret, in comparatione sui egestuosus, in comparatione sui solus, fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu, à seipso cælans, pœne jam post seipsum vivens. Ita Dei iudicio à se alter affectus, quocunque se vertat David, præsens est calamitas. 1. Peccatum in oculis. 2. Offensus Deus. 3. Filius rebellis. 4. Regnum tot laboribus partum eripitur, & ille quidem, qui eripit, est filius. Et quomodo regem affecerit horribilis nuntius de populi clamore in urbe Hebron audito: Vivat rex Absalon: Pereat rex adulter & homicida, pereat senex delirius, regni fastidiatur. Quomodo hæc regium cor lancinârunt? sed non est servus major domino suo. Christus audiit: Crucifige, non huic, sed Barabam. Et quidem electus populus ita clamabat. Plurimum nobis hi clamores proderunt, si eos cum obsecratorum dictis conferamus, & unâ cogitemus: Graviora passi sunt nobis longè sanctiores. Porro super illa omnia David per Abiathar sacerdotem pro more ritûque gentis ex Deo quæsit: Quò eundum, quid faciendum? Responsum nihil redditum. Silentium offensionis argumentum. Etiamnum Deus noxis prioribus irascitur. Sed, ô Domine, an non iussisti lugenti David dici: Transulit Dominus peccatum tuum? Iussi & peccatum transulsi, sed nondum peccati pœnam. Nondum tibi, mi David, plenè reconciliatus sum. Æternas tibi condonavi pœnas, non temporarias, quas inter calamitates istas exigo. In his tamen arumnis omnibus summa fuit Davidis cum divinâ voluntate confensio ac conformatio, quod quantum dictionis membrum est.

Christiana panoplia est Christum inter flagra & spinas sequi, non faciam rem hanc. Bernardus in rem hanc disertus.

4. Arumne Davidis catenatae. Jure hoc quidè, nam & ipse catenam fecerat, & scelera sceleribus colligarat. Talem divinum imperium urget: Catenam, quam cuncti, tolera. Et videte, obsecro, egressum & supplicationem prorsus lugubrem? Rex cum reginis & liberis, flens, nudis pedibus, flente omni populo, velut mendicus cum paupertino grege urbem deserit, fugam intendit, filio non cistæ veltiariæ, degeneri cedit, nō arcæ pecuniariæ, non regia supplex, non amplius com meatu, nullus nec lectorem nec mensuram apparatus sequitur. In incertum tendunt exules, fugitivi, solo Deo nixi. Miratus hanc lacrymabilem pompam Salvianus: Quale spectaculum, inquit, cum tantus & tanti nominis, cunctis regibus altior, mundo major cum suis fugeret, in comparatione sui egestuosus, in comparatione sui solus, fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu, à seipso cælans, pœne jam post seipsum vivens. Ita Dei iudicio à se alter affectus, quocunque se vertat David, præsens est calamitas. 1. Peccatum in oculis. 2. Offensus Deus. 3. Filius rebellis. 4. Regnum tot laboribus partum eripitur, & ille quidem, qui eripit, est filius. Et quomodo regem affecerit horribilis nuntius de populi clamore in urbe Hebron audito: Vivat rex Absalon: Pereat rex adulter & homicida, pereat senex delirius, regni fastidiatur. Quomodo hæc regium cor lancinârunt? sed non est servus major domino suo. Christus audiit: Crucifige, non huic, sed Barabam. Et quidem electus populus ita clamabat. Plurimum nobis hi clamores proderunt, si eos cum obsecratorum dictis conferamus, & unâ cogitemus: Graviora passi sunt nobis longè sanctiores. Porro super illa omnia David per Abiathar sacerdotem pro more ritûque gentis ex Deo quæsit: Quò eundum, quid faciendum? Responsum nihil redditum. Silentium offensionis argumentum. Etiamnum Deus noxis prioribus irascitur. Sed, ô Domine, an non iussisti lugenti David dici: Transulit Dominus peccatum tuum? Iussi & peccatum transulsi, sed nondum peccati pœnam. Nondum tibi, mi David, plenè reconciliatus sum. Æternas tibi condonavi pœnas, non temporarias, quas inter calamitates istas exigo. In his tamen arumnis omnibus summa fuit Davidis cum divinâ voluntate confensio ac conformatio, quod quantum dictionis membrum est.

V. Inter

Confor-
matio Da-
vidis cum
divina vo-
luntate.
2. Reg. 1. 16.
& 26.

V. Inter Dei & Davidis voluntarem summus fuit conspiratus. Sadoco sacerdoti rex religionum curam commendans: *Reporta*, inquit, *Arcam Dei in urbem. Si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi: Non places: praesto sum, faciat, quod bonum est coram se.* Si Dominus Deus dixerit, nolo te regem, nolo te victorem; praesto sum. Si dixerit: exulem, fugitivum te volo, ut tuus filius adversum te faciat, quod fecerat Saul tuus fover; praesto sum. Volo te speluncas & antra petere, mendicatio vivere; praesto sum. Volo te quotidianis terrefieri periculis, & omni hora irruptionem mortis operiri; praesto sum. Volo te probri omnium & ludibriis ruorum etiam subditus; praesto sum. Luto & lapidibus, non conviciis solum & maledictis te peti volo. Uxoribus tuis vitium offerri, omnibus te contumeliis vexari volo; praesto sum Domine, praesto sum. Ego te erutum e sordibus in solium evexi, a pedo & parato ad sceptrum & diadema extuli, regem ex opitione feci. Nunc iterum in fordes te dejiciam, & pedum & mendicitatem te reducam; praesto sum Domine, praesto sum, facias, quod bonum est coram te. Et ut rex David omni populo probaret se divinis placitis contentissimum, & torrente Cedron jam transgresso, ascendit summam montis, in quo erat adoraturus Dominum. Ex illo montis supercilio videre poterat arcem Sion & urbem, & ita eminens valedicere, regnumque Deo per preces transcribere. Ita totus in infinita divinorum judiciorum profunditate acquiescebat: Restituit Deus regnum, non restituit, & victoriam concedat, auferat, in utrumque paratus est David, aut illud aut istud divinae voluntatis decretum amplecti.

Elcearii
Comitis
ad divinum
conforma-
tio.

Comes Elcearius, illud sanctitatis archetypum, cum saeva maris tempestate jactaretur, fracto jam malo, velis ventorum vi discerpis, ululantibus nautis & desperantibus, unicus orabat Elcearius. Mari aliquantulum detumescente, evitato jam naufragio, interrogatus est Elcearius: An non aequè atque alii timuisset vitae? Ad quos ille: Totum me, inquit, divinae voluntati tradidi, paratus vel aliis salvis mergi. Ita prostratus David, salvo filio, salvis ceteris paratissimus fuit perire.

Hac vo-
luntatem
conforma-
tione
Deus vin-
dit.

Et haec voluntas cum divina tam exactè consentiens, ita Deum vincit & expugnat, ut hominem non possit odisse summa bonitas. Haec illa voluntas est, quae hominem summis malis, mediis flammis incinctum, nihilominus reddit beatum. Ita nos comparemus, Christiani, ut in rebus omnibus, tam adversis, quam prosperis, promptissimè pro se quisque dicat: *Praesto sum, faciat Dominus, quod bonum est coram se.*

CAPUT XXVII.

David à Semei conviciis & lapidibus appetitur.

Donum à
Sibà Davi-
di lactum.

Bi David miserimè fugà torrentem Cedron & olivarum clivum transmississet, advolavit servus Miphiboseth Siba. Hic duos ante se asinos egit ducentis panibus, duabus vini seriis, ficibus & uvulis passis onustos, fugienti regi donum. Quod ut oratione insuper commendaret: Rex vive, inquit, munusculum prostratus exiguum adduco, vinum in vià deficientebus, jumenta verò ceteris non assequentibus servant; panem, ficus, uvas passas in refectiunculam servorum regis adfero. Cui rex: Ubi haeret Miphiboseth? Ad quae Siba respondit: Hierosolymis remansit, dixitque: Hodie restituet mihi domus Israël regnum Patris mei. Hic trifur mendacissimus homo, ex asse nequam, in dominum suum mendacium conflavit, Davidem nimis credulum fecellit. David enim auditus Sibae fucatisissimis

verbis, mox sententiam pronuntians: *Tua*, inquit, *sunt omnia, quae fuerunt Miphiboseth.* Inde David ad oppidum Bathurim venit. Hic obvium habuit salutatorem inexpectatum, hominem sceleratissimum, Semei, qui suum regem non conviciis solum & maledictis atrocissimis excepit, sed & luto ac lapidibus petivit. Absalon Joab frater vepiam a rege petiit, licet maledico huic jam amputare caput. At exquisitam defensionem rex inhibens: *Sinite*, aiebat, *Deus hoc illi suffit, ut mihi malediceret. Quid ab hostibus expectem, cum filius meus me oppugnet? Interea non cessabat Semei probris omnibus, maledictisque regem insectari, minuire majestatem. Eodem die Absalon urbem Hierosolymorum cum exercitu velut triumphans ingressus est. Hic tria nobis dissertanda. 1. Quam audax fuerit hæc impudentia Semei, legitimum regem tam diris contumeliis tali tempore insectari. 2. Quam modestè timè tulit David maledicta Semei. 3. Quam eximie in his ipsis injuriis suam cum divina voluntate conduxerit.*

Triplex
causa.

§. I.

Thujus injuriæ gravitatem intelligemus, expendendum probè, quis calumniis meritis confixus, quis calumniator, quomodo verba fecerit ponderosa lapidibus, quando hoc fecerit. Quis hæc passus? Religiosissimus & mansuetissimus princeps, regum potentissimus David, tertium electus & unctus rex, dux fortissimus, quem ea calamitas affligebat, ut vel saxa moverit. Hunc ipsum regem optimum tam scædo fellissime perluit sceleratus & vilis homo. Et quis calumniator iste? Civis & subditus regis, quem rex nec verbis nec factis læsit. 1. Nimis quàm audacter impudens & furiosus fuit Semei, civilium & divinarum legum contempтор, qui regem in os, audiente omni populo, conviciis & contumeliis gravissimis oneravit. Hoc ei impotens sui affectus & vindictæ studium suggerit. Semei cognatus Saulis erat, qui Davidi semper infensissimus. Putavitque homo temerarius & praeferox Semei, opportunum esse tempus, quo Davidem, regno jam propè perditto, acerrimè criminari posset. Hinc quidquid felis domi habuit, in regem, imò in suum ipse caput effudit. Nam post annos sexdecim capite luit, quod hic lingua deliquerat. Deliquit adtem horrendum in modum. Etenim non solum regi turpissimè maledixit, sed eum insuper luto & lapidibus appetens: *Egre dedit tibi Dominus unguentum domus Saul: quoniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalon filii tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.* Abi in malam maximam crucem tyrannæ sanguinarie; diu satis subditorum tuorum sanguinem sorbuiisti, nunc tuus jure petitur. Adulter es, idcirco prout meruisti, lapidandus es. De tuo cortio jam ludetur; par pro pari reddetur. regnum inique partum tuo filio cederi in spoliū. Extrema omnia meritis es. Tandem causa melior triumphat.

1. Semei
audax im-
pudentia
enga Davi-
dem regē.

2. Reg. 1. 16.
Red. vers. 8.

Hominem
seducit
vindicte
libido.

Videte, obsecro, quàm hominem pravi affectus excitent, quàm seducat turpiter vindictæ libido! vir iste centies jusjurandum jurasset, se vera dicere, cum omnia fuerint falsissima. Nimirum ita furere solent affectus cæci. Summa fuit injuria, quod ille ille ritè factum censuit. Quàm nos delicati sumus, & pæne nullius patientiæ hoc paradigma monstrat. Cum enim nos vel obliquus ferit oculus, vel asperius verbum perstringit, mox injurias vociferamur intolerabiles. Umbrae sunt illæ injuriæ, quas nos ferimus ad Davidis, ad aliorum gravissimas collatae. Et videte regis nostri patientiam.

II. Semei maledicta & calumnias rex David modestissimè simul ac mansuetissimè tulit, ad omnes verborum contumelias patientissimus. Sat hominum habuisset, qui os viri nequissimi oppilarent. Absalon manus prae-

2. Davidis
patientia
calumnias
Semei fe-
rentis,
præ-

pruriebant, in conviciatoris cadenti. At verò David non tantum Semei jugulari vetuit, sed ei etiam patrocinatus, & facinus extenuans: *Dimittite eum*, inquit, *ut maledicat*, Domini enim præcipit ei, ut malediceret David: & quis est, qui audeat dicere, quod sic fecerit? Ecce filius meus, qui egressus est de utero matris, quæ ita animam meam, quanto magis nunc hic filius lenis, malediceret mihi? *Dimittite eum*, ut maledicat juxta præceptum Domini. Opprobrat Semei regnum Saulis iniquè occupatum. At David pius usus artificio, non verbis Semei respondit, sed Deo se stitit, cum Deo causam suam pertractans: *Domine Deus meus*, inquit, *si feci istud, si est iniquitas mea in manibus meis*. Si reddidi retribuendis mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis manus. Mi Deus, si Sauli regnum vi malà invasi, perdidit omnia; mei me inimici pessumdent. *Ambulabat itaque David & socii ejus per viam cum eo. Semei autem per jugum montis ex latere, contra illum gratiebatur, maledicens, & mittens lapides, adversum eum, terramque spargens*. Nihilominus mitissimus David suis illud inculcat: *Dimittite eum, ut maledicat, juxta præceptum Domini*. Quomodo Deus hoc præcepit? Paucis quiddam hæc obfcuri in præteritò dabo.

David in calumniis cum Deo causam suam agit. Psal. 7. vers. 4 & 5.

2. Reg. c. 16. vers. 13.

Per Semei maledicta Deus non voluit culpam sed poenam.

2. Reg. c. 16. vers. 11.

Chrysof. tom. 1. de si de Anna. Patientia Davidis robustior fuit in calamitate quam in prosperitate.

3. Davidis cum divina voluntate conjunctio. loc. cit.

Hæc Semei maledicta, uti omnes injuriæ ac peccata, duo hæc velut utero clausa gerunt, *Culpam & Poenam*. Culpam non præcipitur à Deo, hæc enim voluntatis malitia est, quam averfatur, justo tamen judicio permittit Deus. Quando igitur maledicentia Semei, quæ gravis culpa erat, Davidi fuit acerba poena, voluit & præcepit Deus, ut David ore tam maledico, lingua tam impiâ puniretur. Culpam non voluit Deus, sed voluit poenam. Idem in omnibus omnino injuriis & peccatis videre est. Culpam inest & poena. Culpam Deus permittit, non præcipit: nec verò præcipere potest: est enim non ens, seu distortio, fœditas, depravatio turpificati animi & malæ voluntatis. Exemplo eum monstramus. Curvam in charta lineam deprehendunt oculi, distortio ipsa & curvam recti privans, quid rei est? Ita Deus dum permittit culpam, infligit poenam; maledicentiam Semei non imperavit, per eam tamen irrogavit poenam Davidi. Et hoc est, quod vociferatur David: *Dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini*, qui me noxium non vult impunitum. Idcirco quiddam supplicii se me sumserit benignè Pater, patientissimè perferam. Chrylostomus hanc patientiam adeò demiratur, ut existimet robustiorcm censendam esse tolerantiam Davidis, hæc talia patientis in calamitate, quam in folio regali considens ea pertulisset. *Nam ubi concidimus*, inquit, *tunc magis nos pungunt agrissimæ que mordent convicia*. Et videte crudelem diaboli vastitatem, cum cerneret Abfalonis tyrannidem, tranquillè ac leniter à mitissimo parente tolerati, alium in eum immisit adversarium, qui tantam patientiam amarissimis calumniis expugnaret. At nihil agis Acherontice Panurge: rex David eadem perseverat æquanimitate; maledictis non movetur, convicia publica probrosissima veluti suscipiens non audit, oviculam rex bellicosissimus induit. Obstupescenda prorsus patientia, submissio & mansuetudo prorsus prodigiola, vel eo ex capite, quia vindictam non solum justissimam, sed & paratissimam in promptu habuit: etiãnum rex fuit, quamvis exul; etiãnum jus gladii retinuit, & tamen Abifai gladium, obrectatoris iugulo jam imminente non coercuit. Et qui tandem iram in statione continere, vindictam substringere, animi commotiones reprimere potuit?

III. Divinæ voluntati suam iterum integerrimè conjunxit, ut in eo solo suavissimè acquiesceret, quod Dei nutu consilioque gestum sciret. Quando igitur sciverat David, velle Deum, ut sibi malediceretur, hoc ipsum & ille voluit. Hinc voces istæ: *Dimittite eum, ut maledicat*. Voluntati divinæ refragari neutiquam debe-

mus, etiãmsi ea calices infundat amariore: finitè virum loqui, quæ vult, non ea suâ solum, sed divinâ loquitur autoritate; Deus illi hoc negotii adversus me commisit.

Atque hoc Deo volente velle, nolente nolle, Pano-
plia est ad omnes injurias æquo animo excipiendas, tranquillè tolerantur omnes afflictiones & poenæ, si omnium auctor credatur Deus. Sed hic milles hallucinamur & impingimus; qui fraudes, rapinas, cædes, & quiddam similibus malorum est, quæ culpam habent, permittit ea Deus; quæ poenam inferunt, vult ea Deus & imittit. Videte mihi hominem ægrum, cui pharmacum porrigitur austerum, vehemens, disulfuratum, quod penetrat in viscera, hæc hic ægrotomachari & furere, execrari pharmacum, diras omnes pharmacopola imprecari. Quam autem id insipienter & fatuè Pharmacopola quid deliquit? de præceptione medici, & è chartâ medicamentum composuit: cum medico age, mi æger, hunc accusa, si potes. Omnes injuriæ medicinæ sunt, quæ poenæ sunt; qui injuriam infert, pharmacopola est, potionem exhibet, quàm medicus dictavit, non aliam, non amariorem præbere potest, quàm ei medicus permittat, jubeat. Medicus est Deus, hic medicinas præscribit, dictat, præcipit, in curatione admoventâ pharmacopœus illi subservit. Medici est, moderari omnibus, quæ ad ægri valetudinem sunt, medici est imperare. Hinc illa Davidis verba: *Domine minus præcepit ei*. Quod Augustinus meritò commendat his verbis: *Agnosens culpam suam, amplexus est poenam suam, quarens gloriam non suam*. Eundem hunc regem deprædicans Bernardus: *Parum est, inquit, cum per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quando & per alium hoc facit, sapiamus similiter*. O verè hominem secundum cor Dei, qui se ulciscenti potius quàm exprobranti succensendum putavit, quæsum existimans maledicta: at ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. Hoc Davidem tam mitem reddidit adversus pessimum nebulonem illum.

Agnovit eum divinæ justitiæ instrumentum. His oculis nos adversarios nostros, ut justitiæ divinæ instrumenta intueamur. Hi pharmacopœi nostri varios quidem ingerunt amariore, Rhabarbarum, Aloën, Antimonium miscent. Quid indignamur ita præscripti medicus. Nefas autem querere: Cur hoc, cur istud præscribit? Largiter erravit Abifai, cum furiosè quæreret: *Quare maledixit canis hic mortuus domino meo regi*. Nam ad ista indignatus David: *Quid mihi, ait, & vobis est filii Sarviae*. Vanè, impie sciscitamus, cur istud illudve curja celestis in nos decreverit; facti sui rationem Deus mortalibus non reddit. Stulte impudens sit, qui Deum examinet: Cur modò pluvias, modò grandinem, modò pruinas, modò tempestates alias; jam famem, jam morbos, jam bellum in nos immittat? Ita nec nos in privatis rebus nostris prudenter aut piè interrogabimus: Cur hostis meus tam barbare me tractat? cur Magistratus nos non juvat? cur paupertas, cur morbi me sibi vendicant? cur ego unus ceteris asperius multor? Tolle quæstiones istas, frustra sunt. Ira medicus præscripsit, ipse novit, quid præscribat aut præcipiat, non pharmacæ, sed medicum attendamus.

Dion Alexandrinus vir eruditus, Strobæo teste, variis probis à quodam laceffitus, nec verbulum reposuit tot cavillis. Ubi domum venit, ad conviciatorem, qui eo usque secutus, se vertens: Gratiæ ago, inquit, quòd te mihi comitem adjunxeris, sed tuis sermonibus respondere, jam non vacat. Sapienter & ad præcæ philosophiæ ritum.

Sciverat David injurias sibi ab Abfalone filio, à Semei subdito inferri, non casu, nec fortuito, sed vidente, annuente, volente ac jubente Deo, qui quæ ipsius causa patitur, immensis præmiis remuneratur. Idcirco David horum non ignarus: *Si forte*, inquit, *respicias*

1. Reg. 2. vers. 11. 2. Reg. 1. vers. 1. 3. Reg. 1. vers. 1. 4. Reg. 1. vers. 1. 5. Reg. 1. vers. 1. 6. Reg. 1. vers. 1. 7. Reg. 1. vers. 1. 8. Reg. 1. vers. 1. 9. Reg. 1. vers. 1. 10. Reg. 1. vers. 1.

Adversarii ut justitiæ divinæ instrumenta intueamur.

2. Reg. c. 16. vers. 9. Ibid. v. 10.

Rationem facti sui non reddit Deus.

2. Reg. c. 16. vers. 11. Domine

Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus pro maledictione hac. Quidquid igitur, & à quibuscunque patiamur, suspiciamus ad Deum hac omnia videntem, annuentem, volentem ac iubentem, & respiciet nos Dominus, & reddet nobis bonum. In rebus omnibus cum Davide usque & usque clamemus: Dominus est, faciat, quod bonum est coram se.

CAPUT XXVIII.

David interitum Absalonis filii luget.

Concilium bellorum Absalon Hierosolymis cogit. Achitophelis sententia.

Cum David in campestribus deserti moraretur, Absalon Hierosolymis concilium illic bellicum coegit. Achitophel vir longe consultissimus, in hanc ferè sententiam dixit: Non ignotum ulli, quantus miles sit David, & quos secum adduxerit, paucos illos quidem, sed exercitissimos, leones dixeris bellicosissimos. Cum igitur bella celeritate consent, dentur mihi duodecim millia militis selecti, hac nocte lassos opprimam ex improvise. Nec erit difficile, regem in nostram potestatem redigere, caso ipsius milite aut fugato. Consilium fuisset sapientissimum, modò reperisset viros cordatos, qui auli fuissent sequi. Perisset David, si consilium Achitophelis sterisset. Deus id evertit; Atque

Reg. c. 16. Achitophelis consilio rejecto, cum Chufai sentiant.

constituit Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum, sic erat omne consilium Achitophel. Longè aliter suasit Chufai, quem Absalon pariter audiri voluit. Ille hunc in modum peroravit: Consilium Achitophelis probare non possum. Pater tuus, ò rex Absalon, vir bellicosissimus est, qui veluti cæca talis raptis sæviat. Ac forsitan foveis ac vallis se munit. Quòd si principio prælii è nostris pauci cadant, ingentem ea res terrorem dabit, mox volabit fama victum Absalonem. Nam omnis populus novit, quantus, & quam felix bellator sit Pater tuus, & quam selectum militem secum eduxerit. Hoc igitur agamus, Israëlè univèrsam à Dan usque Berfabee ad signa evocemus. Ita vi summà irruamus in hostem, quocunque demum loci præsidio latitantem. Ita ad unum omnes trucidabimus. Quòd si alicui urbium se commiserit funibus eam cingemus, & in profluentem his tantis viribus trahemus. Consilium speciosum, sed malum. Assensu sunt autem omnes Chufai, rejecto Achitophelis consilio. Ita Domini nutu dissipatum est consilium Achitophel uti-

Reg. c. 17. David per exploratores de consilio certificat.

le, ut induceret Dominus super Absalon malum. Hæc omnia nuntiata sunt regi David per exploratores duos Jonathan & Achimaas, qui in viâ declinando periculo in puteum descenderunt, quem cura mulier texit pallio, velut hordeum siccatet. Monitus ergo David Jordanem ante lucem summo mane cum exercitu transmisit. In via Sobi & Bercellai obrulerunt regi frumentum, hordeum, farinam, fabam, cicer, Lentem, mel, butyrum, oves & vitulos pingues, tapetia quoque & vasa utensilia obrulerunt, ut fatigatorum famisitique aliquid adferrent solati.

Exercitum disponit & in tres partes dividit.

David igitur cum bono Deo suas in hoste filio vires exploraturus omnem exercitum suum in tres partes divisit, unam Joabo, alteram Abisai ejus fratri, tertiam Ethai Gethæo assignavit, ipsèmet in aciem descensurus. At obstitens populus: In tuo, ajebat, unius capite, decem millia computantur. Tu unus quæreris, te perdito perijimus omnes. In urbe potiùs præsidio nobis etis, ut si pugna minùs feliciter succedat, ad te refugiamus. At David non ignarus, neminem in suâ causâ bonum esse judicem, perquam humaniter & admodum submisè: Quod vobis, inquit, videtur rectum, hoc faciam. Ducibus autem singulariter præcipiens: Servate mihi, ait, puerum Absalon. Aded paternus animus in hoste determò agnovit filium, quem noluit obruncari. Interim Achitophel immane dolens ob sperum suum

Reg. c. 18. v. 4. v. 5.

A consilium, suus ipse carnifex gulam laqueo fregit. Jamque gemini exercitus in se ibant, non Hebræi scilicet contra Hebræos, fratres, sed contra patrem filius. Bellum miserabile, in quo & vincere & vinci grave fuit Davidi. Utrumque igitur acie commissâ, brevè numerosissimus Absalonis exercitus, ita turbatus est, ut effusissimè fugerint, viginti milia hominum caesa sint. Et quæque est plaga magna, viginti millium, & multò plures erant, quos saltus consumpsit, quàm hi, quos voraverat gladius in illâ die. Nam in silvâ illâ plurimi à fame, siti, feris, præcipitiis sunt confecti. Absalon & ipse in fugam effusus, subter proceram & admodum umbrosam quercum mulâ vehens, capillis passis, sparsaque cæsarie ramis quernis inhæsit, celeritè transeunte jumento vacuo. Hoc continuò miles Joabo duci nuntiavit. Qui ad nuntium conversus: Si vidisti, ait, quare non confodisti eum cum terrâ, & ego dedissem tibi decem argenteos scielos, & unum baltheum. Nec quidem mille argenteos acciperem, inquit nuntius, ut regis filium confoderem, quàm enim severè rex imperavit custodiendum Absalonem. Cui Joabus: Ego verò, inquit, te spectante, aggrediar illum. Et cum dicto tribus lanceis in pendulum incurrens, pectus transfodit. Cùm, que etiam palpitarè mæter, Joabi decem armigeri accurrentes, juvenem miserimum obruncarunt. Ita demum Joabus cecinit receptui, non ultra passus sævire ferrum. Absalonem è quercu solatum in propinqui nemoris fossam abjecerunt, ingenti lapidum acervo super eum ingesto. Mox duo nuntii Achimaas & Chufai pervolarunt ad regem, & victoriam nuntiârunt. Mox quæsit rex, num saluus ageret Absalon? Primis cautè dissimulavit se id scire. Alter, quod res erat, factus est. Hic David maximo percussus in cœnave superius ascendit, flens, & identidem ingeminans: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon!

Ibid. v. 8.

Absalon in quercu pendens tribus lanceis à Joabo confoditur. Ibid. v. 11.

Inde David maximo dolore percussus, & identidem ingeminans: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalon fili mi, fili mi Absalon! Ibid. v. 33.

C Hic nobis agendum & de obitu filii, & de luctu Patris. In filii obitu æquissima Dei judicia consideranda; in Patris luctu expendendum, cur tantis lacrymis mortem atrocissimi hostis sit profectus.

§. I.

Quam verum illud prædicum? Deus judicat, cum nemo accusat. Differt subinde pœnam, non aufert tarditatem supplicii gravitate compensat. Serus nonnunquam venit ultor, sed severus. Absalon occidit fratrem; Deus tacet. Absalon mentitur patri de voto in Hebron perficiendo; Deus tacet. Absalon turbas concitat, seditionem constat; Deus tacet. Absalon conjugis parentis violat; Deus tacet. Absalon parentem armis oppugnat, ut regno evertat, hic Deus syngropham monstrans; Hæc, inquit, & hæc, & hæc etiam fecisti, & tacui.

Æquissima sunt Dei judicia, differt pœnam, sed non aufert.

D Chrylostomus in degenerem nunc filium, sævam reverà tigridem facundè excandescens: Parricida, inquit, non læsus, insanit, David lædiat & mitescit. Cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhortent, ne audaces ex te, quod non noverant, discant. Tandem respice jam scelestissime hostis, jam respice parricida, respice, inquam, usquequaque in te cuncta sunt conversa. Te fugientem arbor excipiet, rami interiment, ligna suspendent. Injuriam patris vindicant ligna, arbor ulciscitur, rami defendunt. Nec cælum, nec terra te recipit, & aura & tellus & aqua te averlantur & excludunt.

Verè Deus judicat, Deus condemnat, cum nemo accusat. Et quidem pari metitur mensurâ. Hæc Dei sunt judicia, quæ sæpe lenta veniunt, sed tremenda. Diverforum in Absalone vitiorum mixtura fuit. i. Capillis Absalon usus est ad pompam & fastum, nunc facti sunt ei funes, quibus infelici arbori suspensus est.

Diverforum vitiorum in Absalone mixtura. Prima, Credi-

Credibile est galeam, quo celerior esset fuga, excussam. Casarium Abfalon semel tantum quot annis tondetur, ne capillorum mole nimium gravaretur. Id autem quod artonsum fuit, ducentis siclis seu nonaginta philippeis vendebatur, tanti vel pars capilli regii fiebat. Jam vero dicendus est Abfalon tot capite gessisse laqueos, quot capillos. Ammonem fratrem remulentum ferro trucidatum e mensa misit ad inferos, nunc a Joabo consobriño eadem via in idem barathrum missus est, quia frater præcessit. 3. Cor ejus tribus maximè vitiis occupatissimum fuit, ambitione, libidine, vindictæ cupiditate. Eam ob causam jure meritissimo tribus jaculis confossus interit. 4. Parentis decem conjuges violavit, idcirco ipse à decem juvenibus, dum ad quercum pendulus palpitaret, sceddè vulneratus & occisus est. Quam bonus Arithmeticus est Deus, quam non errat suo calculo, quam æquam reddit mensuram suo tempore! 5. Quia obedientiam patri præstandam contempsit abjecit, paratam patris misericordiam usurpare non potuit. Pater eum occidi vetuit, pater ei voluit parci; Deus noluit. Hic tibi, mi Lector, expendendum relinquo, quantum & quamdiu miser cum arbore sit factus, ut illa se extricaret. Etenim sat multum temporis effluxit, dum pendulum hoc funus Joabo nuntiatur, dum ille cum nuntio sermocinatur, & ad nefastam arborem decurrit. Interim Abfaloni miserabile fuit cum arbore luctamen. Ita Deus in hostes suos animadvertit, præsertim qui æternitatis obliti, in omne veritum ruunt.

Non sine gravi causâ historicus divinus occisi Abfaloni mentionem injiciens: Porro Abfalon, inquit, exerebat sibi, cum adhuc viveret, titulum qui est in valle regis: dicitur enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocavitq; titulum nomine suo, & appellatur, manus Abfalon, usque ad hanc diem. Videt vanitatem hominis, mausolæum sibi struit epigraphen componit, nominis æternitatem ambit, sed brevem illam & caducam; veram, & nullis sæculis finiendam perdidit. Sic à trahendo annulo, hæstâ plurimum aberravit. Habebat regius hic juvenis exercitum numerosissimum: nam multa millia in patrem armaverat, cum Pater vix ducentos sub signis numeraret. Sed quid Abfaloni miles tam copiosus paravit, illo uti nescientem? Multas in eum præclaras dotes congesserat Natura, sed quid profuerunt illi? Ad æternitatis anulum in equo ei decurrendum fuit; Ah miser equo decidit, Angelis & diabolis Orbisq; toti ludibrius, cæli medius & terræ pependit; æternitatem quæsit temporariam, sed & hanc amisit, & una sempiternam; à furia ivit ad inferos. Quam miserum est, gladium habere bonum, & edo uti nescire, equum habere generosum, & regere illum nescire. Malus jaculator est, qui nec metam tangit, nec vicina metæ; malus eques, qui refigere discum cupit, & ex equo ruit.

§. II.

Obitum olim Epaminonda, quod Plutarchus narrat, Atheniensibus recentem esse militem, sed quid tum postea? Num flebit Antigenidas, si Tellias novas acquirit tibias? Tellias rudis & paganus tubicen, mulicus præstantissimus Antigenidas id scilicet multum moratur, etsi Tellias novis canat tibis. Sic & Abfalon exercitum ad victoriam opportunissimum contraxit, sed vincere nesciit; marmoream æternitatem sibi condidit; sed illam non desturam neglexit. Nimirum vocaverunt nomina sua in terris suis. Relinquent alienis divitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Quantum laborant vanissimi mortales, ut nomen suum reddant immortale! ô immortalitatem morti nimium vicinam, ô æternitatem minimè æternam! de celebritate famæ quid nobis polliceri possu-

amus? Cras moriemur, & forsitan unâ nobiscum, nomen nostrum. Domus nostras, sepulchra nostra usque ad supremam Archangeli tubam habitabimus. Hac ipsa in te Deus Abfaloni punit insigniter: nam ejus cadaver jussu Joabi in silvam delatum, & in proximam foveam sine cæremoniis ullis, temere abiectum, velut canis mortuus. Hoc demum loco jam sepultus, jure tamen lapidatus est Abfalon, prout Deus veteri lege jubet protervum & contumacem parentibus filium à toto populo lapidari. Hic igitur rex formosissimus, & cum eo illius regnum, hebdomadibus pauculis aut diebus durans est sepulchrum, fama melioris notæ non obtemperata, æternitas cælestis perdit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Christianus Adrichomius de hoc Abfaloni extemporalis tumulo: Hodieque, ait, tibi turris & magnus acervus lapidum est, qui quotidie augetur: nam peregrinorum qui que solet lapidem illuc cum imprecatione projicere: Maledictus sit parricida Abfalon, & quicumque suos parentes impiè persequuntur, maledicti sint in æternum. Ipsi Turcæ & barbari cum execratione lapides eò jaciunt. Ita Deus judicat, etsi nemo accusat.

Illud Chryostomi in Abfaloni proclamationem, nemo non animè mente perpendat, præsertim qui peccato graviore vel unico vivit obnoxius: Cessa ab isto scelere, cessa, inquam, cessa. Delinquendi finem non facit? Subito Deus aderit, & in te finem faciet vivendi; tam futurus justus, quam fuit misericors. Patibulum & carnifex, nunquam non expectant perduelles Dei; non scelerate conscientia homo, suus ipse est carnifex, uti fuit Abfalon. Cessa igitur ab isto scelere, cessa, cessa, & æternitatem pondera. Vbi patientia Dei & misericordia locum non inveniunt, invenit justitia.

§. III.

Atque hinc tantus fuit David parentis cælo filio luctus, quem in peccatis mortuum non ignoravit. Codices sacri acerbiteratem regii luctus his verbis describunt: Contristatus itaque rex ascendit cenaculum portæ, & flevit, & sic loquebatur vadens: Abfalon fili mi, Abfalon! Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Abfalon fili mi, fili mi Abfalon! Sic loquebatur vadens, sicuti quos dolo, aut luctus è loco in locum pellunt. Hic quæstio prima oritur; Cur Ammonem & Abfaloni tam acerbo luctu, non autem filiolum è Bethsabeâ natum profecutus? imò & lætatus est? Diverisissima legendi fuit ratio: Animum parvuli æternitatis beatissimæ participem futurum, ad quietam sciverat migrare; at vero duos illos filios in sceleribus à morte deprehensos in æternam mortem præcipitatos non ignorat. Quod Augustinus explicans: Nam ideo si vinceretur, inquit, eum occidi prohibuerat, ut edomito servaretur penitendi locus. Et quia non potuit, non orbitatem doluit in ejus meritu, sed quia innoverat, in quas penas tam impiè adultera & parricidalis anima raperetur. Ita non desperando desisterat vivum, spe finitæ flevit occisum. Idem adstruit & Bernardus: Planxit meritò David super parricidâ filio, cui perpetuè sciret obstructum exitum de ventre mortis criminis. Huic Saulem adjungens: Et quidem inquit, resurgent, sed non ad vitam, ut vivi in morte infelicibus moriantur. Hæc Theodoretus etiam confirmat non absimili dicto: Tanquam pius luctus sit, qui non poterat amplius curari per penitentiam. Nam post mortem plaga peccati est immedicabilis.

Eam deinde ob causam tam graviter lamentatus est mortem Abfaloni David, quia noverat volumen æternitatis immensum, inexplicabile, interminatum; æternitatem ipse meditatus, assidue annos æternos in mente habuit. Optimè secum ratiocinatus David dixerit: Si ego, mi fili, pro te moreter, vitam perderem non longam, tu perdidisti æternam. Inexhausta, infinita æternitas

Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.

2. Reg. c. 18. vers. 18.

Vanitas Abfaloni in structura monumenti nominis sui.

De qua re a Deo punitus.

Num. c. 11. v. 20. 21.

Eccl. 1. vers. 2.

Cur David acerbiori luctu Ammonem & Abfaloni quam filiolum è Bethsabeâ natum profecutus. Aug. de doctr. Christi. l. 3. c. 21. Et contra Gaud. de merit. David super parricidâ filio, cui perpetuè sciret obstructum exitum de ventre mortis criminis. Bern. ser. 26. in Cant. Theodoret. sit eum, qui non poterat amplius curari per penitentiam. q. 26.

Ps. 76. v. 6.

æternitas parenti optimo tam amaras excussit lacrymas. Non suam hic pater doluit orbitatem, non filii iuventutem, non mortis genus, non sepulchri vilitatem, æternitatis doluit irreparabilem jacturam. Obsecro, Christiani, mœtores & dolores nostros omnes, & quidquid demum in vitâ illatibile videtur, ad hanc amulsum quivis sedulo sic examinet: Id, quod doleo, non temporis aut fluxæ rei jactura est, sint licet aliquot centena millia philippeorum hosti tradenda, sit perdendus Orbis universus, sit fortunaturæ omnium, insuper & capitis periculum adeundum: hoc exiguum, hoc leve, hoc nullum est damnum æternitati collatum. Amisissis omnibus, ad beatos nihilominus, & quidem securius migrare poterimus. *De verò peccatis involutum mori, hoc damnum est æternum, hoc nullis sæculis gemendum fatis & legendum. Idem in lucris & rebus secundis sentiendum. Quærendum: Quid hoc lucrû, quid hoc gaudiû est? breve quid ac temporariû, depercut ævo omnia. Quid ergo mihi plaudam de his lucris, de his gaudiis? Hodie fortassis fruatur, cras ubi hæc erunt? & ubi ego? si lucrum gaudiûve sit æternum, hoc votis omnibus complectar. Annos æternos in mente habeat, qui veram lucrûs & gaudiû temperantiam amat.*

CAPVT XXIX.

David famis triennio medetur.

DEMONAX Adriani ævo sapiens Philosophus, summus amicitia encomiastes, cum solaretur hominem, qui filii mortem tam acerbè lugebat, ut solatium omne repudiaret, his eam pollicitis aggressus: Ego, inquit, filium tuum ab inferis revocabo, si tres mihi nominaveris, qui obitum nullius luxerint. Hic orbatu filio pater huc illuc versare animum, & cogitationem per omnes notas circumferre, nec tamen ullum reperire, quem cognati aut chari funeris luctus non afflavit. Quid igitur, inquit Demonax, te ipsum discrucias, quasi novum aliquid eveniret? Impera dolori: parentes liberis orbari, quotidianum est. Cum Absalonis mortem adeo multis lacrymis deflexeret rex David, Joabus id grandem luctus intemperantiam censens, liberrimè in eum, ut dicemus, invehit, sed utque regem non solatii mulso, sed acri reprehensionis aceto perluit. *Confudisti hodie, inquit, vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, &c. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de servis tuis. Et verè cognovi modò, quia si Absalon viveret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac servis tuis. Iuro enim tibi per Dominum, quòd si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac: & pejus erit hoc tibi, quàm omnia mala, quæ venerunt super te ab adolescentiâ tuâ usque in præsens.*

Audite reges & Principes solutissimam oris libertatem, quæ una vobis in omnium rerum copiâ deest, sed vestrà plerunq; culpâ. In Aulis veritas, nisi quàm blandissimè accedat, velat rusticana, fordens femina repellitur. Veritatem planam & inornatam venditurus, cautelas & blanditias centum excogitet necesse est, ut merces suas extrudat. Veritatis paullulum asperioris impatientes nimium & inasuetas aures gerimus, quæ tunc maximè vulnerantur, cum minimè deberent. Nil plerumque minus sciunt reges, quàm placido tranquilloque animo audire verum. * Pharmaceutum regibus videtur amarissimum ex vero moneri. Cum igitur magnates haud æquis auribus apertam veritatem audiant, hinc rari aut nulli sunt, qui eam dicant. Utrumque vitiosum, & orbi summè noxium.

Tom. II.

A Postquam igitur Joabus hoc oris lixivio regem suum defricuit, rex mirissimus, velut famulus palatinus paruit, luctum posuit, & publico se commisit.

Sed gravius priore incandium exarsit: Tribus Israël & Tribus Juda ob rem in urbem comitatum, discordiâ gravissimâ expeunt contendere. Seba occasione usus, seditionis ducem se gessit, & Israël omnem à David rege avexit. Rex igitur Hierosolyma properavit, ut illic felicius turbas componeret. Interim Joabus Amasam Absalonis Imperatorem & jam Davidis ducem, ne nimium regis favoribus cresceret, velut amicissimè salutans interfecit, & suas Abisai fratris copias conjunxit ad persequendum Seba. Hic ubi cognovit, tantis se viribus peti, in urbem Abela confugit. Mox eam Joabus obsidione cinxit minime otiosâ, statim namque militem immisit, qui muros digreter. Hic sagax femina cum Joabo è mœnibus collecta, ad suos inde cives regressa, eò rem deduxit, ut amputatum truncaretur. Seba caput per muros projiceretur Joabo. Qui mox obsidione solutâ ad regem rediit Hierosolyma.

At verò Hierosolymis fames & magna charitas anonæ cœpit sævire. Anno demum tertio David oraculum consuluit de causâ mali. Respondit est in causâ esse Saulam & sanguinariam Saulis domum, quæ Gabaonitas impiè occidisset. Hoc David interrogans: Quod vestri, ait, piatulum erit? At illi: De argento, inquit, & auro non certamus. Virum, qui attrivit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israël.

Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaon Saul quondam electi Domini. Dedit eos rex, vers. 6.

quos Gabaonitas crucifixerunt in monte. Hic admirandum fratris facinus eluxit. Respha Saulis pellex, exacta est duos filiorum dare attolendos in crucem. At illa rigidum sibi lectulum ab cœcibus stravit cilicium, ubi ipsa custos pervigil diu nocturne, nec avibus nec feris permisit, quidquam injuriæ inferre, crucifixis, dum è crucibus, annuente David, in tumulos abierunt. Deinde bella è bellis orta. Hic tria nobis potissimum explicanda. 1. Quantis Davidem Deus calamitatibus & ærumnis exercuerit. 2. Quòd diurnæ famis, aliorumque complurium malorum causâ fuerit oppressio pauperum. 3. Quantam David mansuetudinem hostibus exhibuerit, ut jure vociferemur: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. Summa ferè dictionis, vers. 1.*

medela famis, quam David reipublicæ adhibuit.

§. I.

DE Davide rege jure optimo dixerim illud, quòd ad Polybium scripsit Seneca: Nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter mortales erat, sensit. Tamen id tantòque luctus cepit reorum omnium capacissimum ejus, peccatus, victor que divus Augustus, non gentium tantummodo externarum, sed etiam dolorum fuit, judicavitque non militandi tantum disciplinam esse servandam, sed etiam dolendi, omni genere orbitatis vexatus; liberos, nepotes, generos mors ei ademit. Hebræum regem David lacrymabilis profus orbitas adeo afflixit, ut inter afflictissimos hominum jure censerî potuerit. Ærumnarum satis habuisset, si hanc unam habuisset. Rex tantus, vir plenus spiritu sancto, filiorum suorum duos ad inferos rapi videat? Amnon incestuosus in mensâ temulentus subito interfectus, Absalon non minus incestuosus, insuper & parricida, dum impia in parentem arma movet, confossus, de Adoniâ dubium. Hæc illum non afflixerint lethali ægritudine? Nemo igitur vel suæ, vel parentum sanctimonie fidat; optimi parentes pessimos non raro liberos educant, præsertim si eos non maturè & pæne in cunis subjiciant disciplinæ. Nemo status loci, sociorum sanctitati fidat: *anima, quæ peccaverit, ipsa morietur. vers. 4.*

Cccc

Nemo

David æternitatis jacturam doluit in Absalone.

Mortuus in peccatis legendus est.

Joabus redarguit Davidem quòd lugebat morte Absalonis.

Veritas ab aulis repellitur.

Sal motum in aulis.

Seba seditionem movet.

Persecutio nem patitur a Joab & obsætur.

Capite truncatur.

Quæ causa famis in Jerusalem.

2. Reg. c. 21. vers. 6.

Tria explicantur.

1. In lacrymabili damnatione filiorum.

1. Quantis Davidem Deus calamitatibus exercuerit.

1. In lacrymabili damnatione filiorum.

Ezech. c. 18. vers. 4.

Nemo gravius peccans hanc mortem effugiet, tamen si parentes habuerit sanctissimos, aut loco, itaru, sociisque vixerit cum sanctissimis. Unusquisque onus suum portabit. Anima, quae peccaverit, ipsa morietur, non alia. Ingens igitur afflictio fuit huic regi, non unum duntaxat filium procreasse Tararo.

1. In populi morientis con- sternatio- ne. 2. Reg. c. 19. vers. 2. 3. Ibid. v. 5. & 19.

Accessit populi morientis consternatio. *Auduit populus: Dolet rex super filio suo, & versa est victoria in luctum in die illa omni populo.* Hic Joab animo profusus maculo aggressum regem, nec ullam prius captans benevolentiam audacissimus orator: *Confudisti hodie, inquit, vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum. Nunc igitur surge, & procede, & loquens satisfac servis tuis, &c. Surrexit ergo rex, & sedit in porta.* Ad objecta nihil mutit, edictum suum de Absalone non occidendo violatum non opprobriavit, objurgationem amarissimam æquo animo admisit, & verò etiam objurgatori suo obedivit, tanquam non & a subdito, a famulo, sed a parente aut præceptore reprehensus esset. Lugubria vestimenta exiit, vultum ad hilaritatem composuit, ne suum militibus triumphale gaudium corrumpere. Verum hæc accerta Joabi reprehensio non mitigavit regis luctum, sed auxit. Dolebat intus rex tanus ab uno aliquo suorum militum prohiberi filium in peccatis mortuum debere. Quam nos ad regem hunc delicati, difficiles, fastidiosi, monitoribus etiam jucundis asperis sumus, nec ferè ullius rei minus patientes, quam objurgationis licet amicissimæ.

3. In ambicione duarum tribuum & seditione tribuum Israël.

Ætumnas regis David duarum Tribuum auxit ambitio. Cum enim Tribus Juda audiisset regem Hierosolyma rediturum, mox adfuit ritu veteri regem deductum. Rex ut suæ Tribui plusculum gratificaretur, ceteris non expectatis progredi decreverat. Mox sparsus rumor regem iter ingressurum, quod factum. In viâ occurrunt Tribus Israël, & graviter expostulantes de factâ sibi injuriâ: *Cur, inquit, fratres nostri regem velut furtivo subductum comitantur soli? Eiusdem nos juris sumus, quos decuisset eâ de re moneri.* Acerbius his respondit Tribus Juda. Ita non intra verba stetit hæc pugna. Nam Seba nactus opportunitatem pocendi, omnes Tribus Israël à rege averit. *Et separatus est omnis Israël à David, secutusque est Seba.* Ita rex in viâ ab undecim Israël's tribubus est desertus.

2. Reg. c. 20. vers. 2.

4. In occasione Amalæ.

His malis accessit & istud: Amalæ legatus sub Absalone, ad Davidis partes transerat, jamque in eo erat, ut reliquis tribus Davidi adjungeret, & ipse demum substitueretur Joabo. Cui cum hoc suboleret, fraude ad amicitiam venustatem composita, salutarum blaspemiarum Amalæ interfecit. Ingens id Davidi mæror fuit. Secuta est famis triennis. Quod Regum fasti dicunt: *Facta est quoque famis in diebus David tribus annis jugiter.* Hanc diversâ quatuor exceperunt bella in Philistæos mota. In primo periisset David, ni ejus vitam Abisai servasset. Ita plectitur adulterium, ita scelerum catena soluitur.

1. Reg. c. 21. vers. 1.

§. I.

Pf. 131. v. 1.

ITa Deus de viro cetera sibi charissimo meritas pecunias sumpsit. Memento Domine David, & omni mansuetudinis, omnis afflictionis ejus. Quam grande patri supplicium est, amantissimum perdere filium, cumque æternis ignibus damnatum non nescire. David duos habuit tales filios, quos diabolo genuit. In cælis jam beati hanc cognati sanguinis separationem à nobis nil penitus curabimus; Dei justitiam laudabimus: *Lætabitur justus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* At certè dum vivimus, charorum interitum nimium quantum sentimus. Sensit profectò David, & dixit: *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.* Summa Orbis mala sustinuit David; est tamen Orbis

Pf. 57. v. 11.

Pf. 30. v. 21.

malum maximum maximum, quod David non sustinuit. Veteri Trochaico erudimur:

Non ferre infelicitatem, summa est infelicitas. Malum hoc malorum est: Quod Chrysostronus dilucidissime affirmans: *Vnum solum, inquit, malum est peccare.* Huc igitur, Christiani, huc convolate, & mihi afflictiones vestras, ærumnæque universas enumerate; Non ferre dicite, quid vos premar, quid angat, quid cruciet, ac miserias torqueat? Etsi narratione hac totum occupetis diem, ego tamen jure pronuntiavero, calamitatem omnium maximam, nondum ad calculum venisse: id enim plerumque omitimus, quod calamitatis fundus est, humanas miserias & calamitates, non posse, non velle, & tamen cogi tolerare. *Maximum est, David & potuit & voluit perferre, quæ illi Deus dederat perferenda.* De Davide dixerit verus illud:

Amara bene habenti calamitas quævis, levis. Etiam calamitas calamitatis est solatium.

Mors Absalonis luctum intulit, sed quia bello dedit finem, unâ etiam attulit solatium. Facundè ac verè dicit Chrysostronus: *Vnusquisque magnorum virorum, non à requie, non à deliciis, verum ab afflictione, à tentatione insignes coronas reportarunt.* Quod Gregorius Nazianzenus ad Basilii Magni obitum orator eximie confirmans: *orat, super Plaga, inquit, cordatis viris est doctrina.* Peccatum, malum Orbis unicum, lerna malorum omnium est. Unica invidia noxarum planè infinitarum mater est. Invidia in impiam Amalæ cædem impulit invidia. Cogitaverat David Joabum cetera ducem optimum, sed scicarium pessimum, qui & Abnerem occiderat, & Absalonem contra edictum expressissimum confoderat, officio movere, & Amalæ ei sufficere. Hoc odoratus est Joab, hinc odium, invidia, cædes. De invidia, lue Orbis foetidissima Basilus Seleucus verissimè: *Invidia, inquit, grave malum est, pleniusque simulationis, ea Orbem terrarum infinitis opplevit malis.* De hoc malo quotidie differimus, & nec hujus proficimus, seris ipsis deteriores evadimus.

Quam præclare de hac peste philopophatus Zeno: *Nihil, inquit, humanæ invidiæ malo perniciosius accidere potest. Nam invivum parum lædit, sed plurimum invivum: uti rubigo ferrum consumit, ita invidia suum auctorem, quem nemo facile juverit, quia plerumque morbum non fateretur. Chrysostronus omnes invidiæ laudes ad compendium conferens: Malorum, inquit, omnium mater Invidia.*

Quid verò famem regno Davidis intulit, nisi peccatum, & quidem oppressio pauperum? Gabaonitis Josue darâ fide pollicitus est, non delendos ut gentes ceteras. Quoniam verò id miti dolo impetrarunt, justis sunt æternis servitiis dare homines, qui aquam & ligna templo ferrent. Majorem horum partem Saul emulacione immoderatè oppressit, plurimos occidit. Hinc illos postulare vim occultam spirantia. Virum, inquit, qui attrivit nos, & oppressit inique, in cunctis finibus Israël, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus. Ita Deus patefaciendæ suæ justitiæ in totum Israël's populum famem immisit. Sed cur plectuntur Achivi, cum delirant reges? Magistratus & cives, rex & indigenæ regni civile corpus constituunt unum: si malè habeat caput, sentiunt hoc & membra; si rex delinquit, populus id unâ luit: nam etsi plerumque innocentes multi cum rege non deliquerint, alia tamen luunt delicta. Sic septem filiis Saul evenit, quos David Gabaonitis tradidit secundum Dei voluntatem crucifigendos. Idem hinc queratur: *Quid commoverunt infantes? Satis est, si commoverit id pater. Non ignoramus Ezechielem dicere: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Sed asserimus id de futuris potissimum supplicis & æternis dictum. Deinde filii Saul istud supplicii genus alio fortassis nomine meruerunt. Singularis etiam hinc Dei providentia eluxit, quæ hoc egit,*

II. Quod dicitur de Gabaonitis Josue darâ fide pollicitus est, non delendos ut gentes ceteras. Quoniam verò id miti dolo impetrarunt, justis sunt æternis servitiis dare homines, qui aquam & ligna templo ferrent. Majorem horum partem Saul emulacione immoderatè oppressit, plurimos occidit. Hinc illos postulare vim occultam spirantia. Virum, inquit, qui attrivit nos, & oppressit inique, in cunctis finibus Israël, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus. Ita Deus patefaciendæ suæ justitiæ in totum Israël's populum famem immisit. Sed cur plectuntur Achivi, cum delirant reges? Magistratus & cives, rex & indigenæ regni civile corpus constituunt unum: si malè habeat caput, sentiunt hoc & membra; si rex delinquit, populus id unâ luit: nam etsi plerumque innocentes multi cum rege non deliquerint, alia tamen luunt delicta. Sic septem filiis Saul evenit, quos David Gabaonitis tradidit secundum Dei voluntatem crucifigendos. Idem hinc queratur: *Quid commoverunt infantes? Satis est, si commoverit id pater. Non ignoramus Ezechielem dicere: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii. Sed asserimus id de futuris potissimum supplicis & æternis dictum. Deinde filii Saul istud supplicii genus alio fortassis nomine meruerunt. Singularis etiam hinc Dei providentia eluxit, quæ hoc egit,*

egit, ut inter Davidis & Saulis posteros & nepotes, gravissima de regno controversia cessaret. Horum autem omnium malorum causa peccatum. Solum igitur & unicum est malum, peccare.

§. III.

Porro quam placidum & mirem se gessit David in nequissimos hostes? Semei ex asse nebulo, tistur pessimus, cum cerneret Deum a partibus Davidis stare, eumque victorem regno iterum potiri, pelli suae male metuens, crucis aut rogi theatrum, & in eo se actorem somniavit. Quapropter transito Jordane regi occurrens, & prope eum corpore aderans: Ne, inquit, reputes mihi, Domine, iniquitatem, neque memineris injuriarum servi tui in die, quae egressus es, Domine mi rex, de Hierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim servus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Iosabab, descendit, in occursum Domini mei regis. At vero Abisai paratissimus ad Semei ex tempore mastrandum. Nunquid pro his verbis, ait, non occidetur Semei? quia maledixit Christo Domini? Hos impetus coecons David: Quid mihi, ait, & vobis filii Sarviae? Cur efficiamini mihi hodie in Sathan? Et ad Semei: Non morieris. Iuravitq, ei, Decies, mi Semei, poenam capitis meruisti, sed multo mitissimus rex vix tibi gratiam fecit, tanta cum cura, ut hominem sibi amicissimum reprimens a iusta caede dixerit: Cur efficiamini mihi in Sathan? Quid enim tui interest, mi Abisai, si etiam hostibus teterentis delicti veniam impertiar. Nam hoc consilium, non amici, sed adversarii, sed fatanae consilium est. Notent hoc homines turbulentii, discordiarum incontentores, hostes amicitiae, quorum haec voces sunt. Oppone te, defende te, iure tuo utere, turpe est tam facilem esse ad veniam, ignaviae tribuitur tam festinata ignoscencia. Hi alius efficiuntur in fatanam, fideles fatanae ministri.

Erga Miphibosephum vero ita se gessit David, ut seipsum erroris damnarit. Siba Miphibosephi servus, homo vafer, garrulus, nequam, tam blandam fraude dominum suum accusarat, ut ei David omnes domini facultates permisit occupandas. Satis hoc quidem praecipitanter, fateor, & rebus nondum discussis. Miphibosephus regi reduci suam ipse causam exponens: Domine mi rex, inquit, statueram omnino tuum ab urbe discessum comitari, sed quia claudio mihi negatus est pedum usus, dixi Sibae famulo meo, iumentum mihi sterneret, quo veheret, at ille vel tantillum hoc obsequii recusavit, me insuper caput audacissimum accusavit apud te dominum meum regem, ac si optimum tueretur causam. Tu autem, domine mi rex, sicut Angelus Dei es, fac quod placitum est tibi. E narratione tam ingenua satis intellexit David se praecipitando errasse, parte inaudita altera, & errorem ut potuit emendans: Tu, inquit, & Siba dividite possessiones. Et, quod Tohtarus addit, liberaliter compensavit reliquum.

Hic pessimus plurimorum error est commissos errores fateri nolle. Errant subinde iudices, errat magistratus, errat herus & hera, & quis non errat? homines sumus erroribus innumeris obnoxii, cum autem corrigenda est erroris noxa, vix ullus est, qui se fateatur errasse. Hic omnes dissimulant, tacent, aut excusant, qui errorem candidè fateatur, nemo est, nemo. David dicta revocat, Augustinus scripta retractat, hinc duos retractationum libros confecit, quibus plurima, quae scripserat, correxit. Bonae mentis hominem non tam erroris pudet, quam perseverantiae in errore.

Post tam eximium mansuetudinis specimen in Semei & Miphibosepho exhibitum, nec Saulis septem filiiis crucifixis clementia Davidis defuit. Postquam enim primis pluvis sunt perfusi, è crucibus eos deponi, & una cum cadaveribus Saulis, & aliorum trium filiorum, more majorum honorificè in sepulchro Cis iussit sepeliri.

liti. Talem in hoites se David gerebat. Unde merito identidem clamamus: *Memento Domine David, & omnia mansuetudinis, omnis afflictionis, eius.* Utrumque hoc, afflictionem & mansuetudinem abunde in eo cernere est. Qui in ærumnis deficeret non vult, sapius hæc duo cogitare secum expeditas. 1. Misericordiarum omnium maximam esse, humanas miseras solle, aut nescire ferre: Unum solum esse malum, peccare. 2. Aequissima Dei voluntas in immitendis meritoribus & calamitatibus, assidue commeditanda. Quod religionis nostrae fundamentum Gregorius paucis complexus: *Magna, inquit, satisfactio percussioni, est iusta voluntas conditoris.* In eandem sententiam suaviter deducens Chrysolstonus: *Stabiles, inquit, esote, & immobiles; nihil enim aded labefactat, facit, vacillare, atque existimare se temere affligi & sine causa.* Deus ab omni aeternitate omnia, quaeque nobis quocumque modo toleranda sunt, ad extremum usque unguiculum dimensus est, ad perpendiculum exegit omnia. Voluit Deus, & etiamnum vult, ut hoc & hoc, & istud & illud, & tam ius, & ab his, & hoc modo patiamur, prout reipsa patimur, nos idem, obsecro, velimus. *Quis resistit ei, & pacem habuit?*

CAPVT XXX.

David populum numerare iubet.

Bellis utrimque jam sopitis vires suas non ignore re voluit rex David. Iussit igitur omnem populum toto regno numerari. Joabus horum intelligens, sed & alii duces id dissuasent. Fuit tamen pro ratione voluntas. Hic populi census Deo admodum displicuit. Iratus est Deus, misericordiae tamen recordatus, & iram magnam temperans humanitate Gad Prophetam misit, qui regi aperit & in os dixit: Poenam crimini debes, tu elige aut tamen septem, aut bellum trimestre, aut tridui pestem. Optio tibi & potestas eligendi est. Hic David in arcto constitutus: Difficilis, inquit, est deliberatio; *coarctor nimis, sed melius est, ut incidam in manus Domini (multa enim misericordia eius sunt) quam in manus hominum.* Itaque elegit pestem. Mox pestilens ad divinum arbitrium saevit, quae tempore brevissimo septuaginta millia hominum consumpsit. Saeviente peste vidit David, sed & alii viderunt Angelum in aere stricto gladio imminentem urbi & ferire paratum. Hic David & una primores urbis ciliis amicti omnes corruerunt in terram: inter hos David vosiferatus ad Deum: *Nonne ego sum, inquit, qui iussi ut numeraretur populus? Ego qui peccavi, ego qui malum feci: iste grex quid commeruit? isti qui oves sunt, quid fecerunt? Dominus Deus meus, veretur, obsecro, manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur.* At vero Angelus Prophetam Gad Davidi iussit dicere. Ascenderet porro, & in area Ornani Jebusae, ram Deo conderet. Hoc David illico perfecit. Sic Angeli rhomphae in suam rediit vaginam. Hic tria nobis explicanda. 1. Qualem hoc delictum jubere populum numerari. Exatissimus calculator est Deus, rationes ad novissimum quadrantem exigit. 2. Supplicium quale fuerit secutum. 3. Quam illud æquo animo David exceperit.

§. I.

Qualem hoc delictum jubere populum numerari? Verissimè dixit Abbas Agathon, & cum eo omnis sapientum fenatus: Longè alia sunt Dei, alia hominum iudicia. Quis enim verò credidisset hanc populi recensioem esse tam grande peccatum, nisi sciret tam graviter punitum? Num princeps, num rex nesciat, quibus polleat viribus, quem militem possit in aciem producere? Quam nihil hoc iniqui: Numerate populum, ut sciam numerum ejus. Nos istud vanitatis aliquid, aut curiositatis, nos sumus, num aliquid fastis

Quantum David mansuetudinis hostibus exhibuit. Erga Semei. Reg. c. 29. v. 19. 20. Ibid. v. 21. Ibid. v. 22. Ibid. v. 23. Homines discordiarum incontentores, hostes amicitiae, quorum haec voces sunt. Erga Miphibosephum. Reg. c. 19. v. 27. Ibid. v. 29. Error pessimus est erroris commissos nolle fateri.

Psal. 137. vers. 1. Duo consideranda ei, qui in ærumnis non vult deficere. Primum. Secundum. Quod Deo displicuit, & electio poenae ei datur. 2. Reg. c. 24. vers. 14. Elegit pestem. De qua septuaginta millia hominum sunt consumpta. Tria explicanda. I. Qualem hoc delictum jubere populum numerari. I. Qualem hoc delictum jubere populum numerari.

Estus & supercilii censuissimus. Sed alia Dei, alia hominum sunt iudicia. Illi in super non nesciamus: Hanc qualemcunque animi elationem valde auxit, quod istud Iobus ceterique duces, ut rem minus necessariam & maximi sumptus disuaserint. At vero David sententiam tenax, ne utique hac in re cedere paratus: *Afferre, inquit, mihi numerum, ut sciam.* Hoc sane consilium spiritus divinus non suggestit: nam ut regium chronicon testatur: *Consurrexerit satan contra Israel, & incitavit David, ut numeraret Israel.* Hinc perspicuum, quomodo Deus peccata peccatis, ut supra demonstratum est, puniat, noxas permittat, supplicia & penas velit, & ipse a nobis repetat. Nam facti regum ita loquuntur: *Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitq. David in eis dicentem: Vade, numera Israel & Iudam.* Quomodo autem & Dominus & satanas regem ad numerandum populum impulerunt? Observandum, quomodo a divinis libris usurpanti solitus, Deus excæcat, indurat, exurdat, quando Deus æquissime sic punit hominem, ut suam illi gratiam subducatur. Exemplo rem monstramus: Magistratus alicubi non ex debito, sed ex liberalitate ligna gratis præbet pauperi plebecula. Hæc insolenter se gerit & obloquitur. Idcirco Magistratus jure merito minatur immorigeræ plebi: si officium facere recusetis, aquam vestram frigefaciamus; quod certe fit, cum ligna, quæ nemini debebantur, subtrahuntur. Ita Deus excæcat, obdurat, exurdat, cum hominem gratiâ, quam illi non debet, privat; cum auxilia subducit, quæ prius gratuita liberalitate concesserat. Ita Deus elatæ Davidis curiositati gratiam subtrahit, permittitque regem, quod vellet, agere. Ita commovit, ita incitavit ad populum numerandum. Numerate populum. Hoc autem Deus in omni genere delictorum gravius percutit, cum aut in apertissimam legem aliquis delinquit, aut prudentium virorum consilia nonnitique spernit sui cerebri homo, cui suum omne placet, qui horis omnibus in suammet ire sententiam confluxit, & aliorum hortatus aut suasiones pertinaciter contemnere. Hunc talem Deus fecit.

1. Paral. c. 21. v. 2. Ibid. v. 1.

2. Reg. c. 24. vers. 1.

Quomodo Deus & satanas impulerunt Davidem ad numerandum populum.

1. Paral. c. 21. v. 3. & 4.

Numerus populi numerati.

Ibid. v. 7.

Ioabus quidem non imprudenter suadens: *Augeat Dominus, inquit, populum suum centuplum, quam sunt. Nomen, Domine mi rex, omnes servi tui sunt? Quæ hoc querit Dominus, quod in peccatum reputetur Israel? sed sermo regis magis prævaluit.* Numeratus est ergo populus, rege ita imperante. Numerus autem conscriptus est iste: In unica Tribu Iudæ quingenta millia bellatorum. In ceteris Israelicis tribubus undecies centena millia militum; universæ sexdecies centena millia virorum pugnacium sunt censa. Hunc talem numerum scire, & non superbire, rarissimum, vix auditum. *Difficilius autem Deo, quod iustum erat, & percussit Israel.* Vbi nunc assentatores, Placencium, & Laudenses, qui factum excusent, palpum obtrudant, dicantque: *Quis tanto regi licere neget, sui populi censum inire, et si sumptibus in hanc rem opus sit, quid tum postea? Nunquid non suæ terræ dominus est? An eum tam bardum volumus & stupidum, ut nesciat, quid bellicarum virum habeat? Aliud est esse regem, aliud monachum aut elemosariam.* Ita, mei palpones, ita glaucoma ob oculos objicite. Nihilominus Deo displicuit, quod iustum erat. Vana gloria, curiositas, arrogantia, nec in rege quidem unquam probanda. Paratum semper his noxis supplicium.

2. Qualenam secutum supplicium.

II. *S*uavacaneum populi censum grande secutum est supplicium. Multa millia hominum perterritate sublata. Hic, obsecro, consideremus, quantum

§. II.

ti sit momenti humanæ voluntatis ad divinam conformatio. Nam hujus rei gratiâ Deus iram suam humanitate mitissimâ temperavit, misitque Gad Prophetam, qui eligendi faceret optionem. Sed nunquid non etiam ipse David Propheta fuit, cum quo Deus loqueretur? fuit sane, sed hinc modo res acta humano est, veluti si pater filium, a quo graviter offensus, in conspectum non admittat, sed per arbitros cum eo agat, illique culpam commissam probè explicari jubeat. Ita Deus in aliis quàm plurimis agere consuevit, & nostris sese moribus accommodare. Quia vero David voluntatem suam studiosissime conatus est divinæ adungere, Deus illi & suam adjunxit tanquam si explicatissime dixisset: *Quia tu meam voluntatem tam studiosè observas, obseruabo & ego team, quantum mea quidem permittit justitia.* Trium tum datum optio, elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi; aut septem annis veniet tibi fames in terrâ tuâ, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequentur; aut certè tribus diebus erit pestilentia in terrâ tuâ. Nunc ergo delibera, & vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermone: cogita, quo poenarum genere velis puniri. Tandiu profectò Deus supplicii maturitatem inhibuit, dum David, quid hac in re vellet, animum suum aperuit. Veluti si medicus dicat ægroto: *Quid horum trium vis? inaurata catapotia, aut potiunculam medicam, aut bolum armenia?* Mitissime Deum, quàm suavem agis medicum? *Quantè verè de te dictum: Cum iratus fueris misericordiam recordaberis. Voluntatem timentium te facies.*

Porrò David potestate optioneque factâ eligendi: *Coartor nimis, inquit, sed melius est, ut incidam in manus Domini, quàm in manus hominum. Multa enim misericordia ejus sunt.* Num Susanna & David dissentiant? Illa melius esse judicavit, incidere in manus Dei. Quid hoc dissensionis est? nihil omnino. Nam cum mitiores Deus & breviores penas a nobis excipit, longè melius est in manus Dei incidere: Cum autem supplicii vindicat æternis, cum flammis cruciat nunquam extinguendis, ah melius multò est, in manus hominum incidere. Si annuisset Susanna operi nefario, in flammeas Dei manus incidisset, ideo dixit: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras.* At vero David mavult in Dei manus incidere, quia trium dierum pestis, aut trium mensium bellum, aut septem annorum fames, nec quidem punctulum sunt ad æternitatis supplicia. Sed cur potius manu divinâ vult castigari, cur plagas à Deo receptas præfert iis, quas humana facit manus: nunquid nil ultra possunt hemines, quàm permittat Deus! nil penitus ultra. Quid tamen hinc discriminis sit, ita explicamus. Pater castigat sæpius virgibus filium: filius parenti semper refractarius tandem compingitur in carcerem, ubi ferulâ carnificis aut licetoris vapulat, & quamvis Magistratus certum dicitur plagarum numerum non excedendum, multò tamen melius est, ferulis patris quàm carnificis cædi. Ita David mavult à Deo ut patre, quàm à Deo ut iudice castigari. Deinde in hoc poenarum delectu, sibimet non pepercit David. Nam si annonæ charitatem & famem elegisset, vix quidquam habuisset sibi ipsi metuere, quando regibus ciborum copia plerumque non deest, dum aliorum plurimi fame moriuntur: Si bellum elegisset, opportunum sibi firmumque castrum occupare potuisset, dum inter se alii digladiarentur. At vero pestis incertis saltibus huc illic transit, nemini parci, etiam reges invadit. Ludovicus Galliarum rex nonus, aliique viri maximi peste obierunt. Hanc igitur elegit rex optimus, quâ & ipse tolli posset, qui maxime reus esset

Deus cum Davide in electione poenarum humano egit modo.

Trium tum datum optio.

Habacuc. c. 3. v. 1.

2. Reg. c. 24. vers. 14.

An idem sit incidere in manus hominum & incidere in manus Dei.

Dan. c. 13. vers. 13.

2. Reg. c. 24. v. 14.

David in poenarum delectu sibi non pepercit.

esset. Pests igitur brevissimo tempore, atque ut aliqui censent, paucis horis aut dimidio die septuaginta milia hominum interfecti. Cur autem populus luit, quod David peccavit? Cur, quod delirant reges, plebuntur Achivi? Dei mos est, as alienum apud se contractum cambio dissolvere, pro frumento oleum, pro panno corium, pro vino triticum, pro auro serticum recipere. Est qui luxuria vel injustitia, vel alia noxa Deo sit debitor confessi nominis. Hujus solutio nonnunquam annis viginti, triginta & pluribus manet impedita. Tandem iste debitor causa involvitur extra suam culpam. Hic clamantem audias: Insons ego sum, nullam de his rebus culpam commersi. Sit ita, mi homo, sed an non meministi, ante triginta, te in aliud ab isto crimine incurrisse, illius nunc solutio expetitur: Ita Iosephi fratres, non quidem exploratores erant, quod esse arguebantur, sed erant periclitarii, qui fratrem suum furati venderunt. Ita populus hic innocens fuerit, quod censum capitum spectat, sed certe innocens non fuit, cum rebellis Absaloni adhaerit: jam adest ultor à tergo Deus, & suam sibi expetit solutionem. Simuletiarius punitur David, qui sibi visus est nescio quam magnam, sex decies centenis millibus armatorum præpotens rex. Hunc numerum pestilentia etiam minuit.

In his talibus publicis calamitatibus semper admiranda Dei providentia eluxit. Nisi enim Deus fame, bellis, peste purgaret Orbem sæpius, & velut everrere homo hominem, ut supras lapsum devoraret. Sat ubique hominum est post omnes has clades. Civitatum, Provinciarum, & totius Orbis exterforium ac repurgans medicamentum crebro pestis fuit. Pestilentiam describit Zonaras, qualis ab Orbe condito, ad hoc ævi, vix unquam fuit. Gallo & Volusiano Imperatoribus pestis ab Æthiopiâ cepit, Romanas omnes provincias pervasit, annis quindecim duravit, innumeros abstulit, vix ulla tam diu, tam latè vagata. Sed illa Byzantiæ ejusque finibus sub Iustiniano sævior, quæ in dies singulos quinque milia, interdum ipsa decem milia absumperit: in Africâ maritimâ ducenta milia, apud Vricam triginta milia: sub Michaële Duca, Græco principe, vivi non erant patres sepeliendis mortuis. Ævo Francisci Petrarchæ anno millesimo trecentesimo quinquagesimo nono in Italiâ pestis ita sævit, ut ex mille quibusque hominibus, vix decem superessent. Nihilominus David: Melius est, inquit, ut incidam in manus Domini, quam in manus hominum. Poena omnis temporaria risus & jocus est, ad æternas collata.

§. III.

Supplicium hoc immissæ pestilentie David æquifimo animo tulit. Nam ut reus culpam falsus: Peccavi valde, inquit, in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stultè egi nimis. O insignem penitentiam, quæ peperit tam grandem sui despicientiam! Rex sapientissimus seipsum incutans: Egi ut stultus, inquit, ut insanus, qui nullis pareat monitis, qui nullis movetur suasionibus: stultè nimis egi. Hoc autem antequam Gad peccati poenas explicaret, dixit, & noctem illam, ut videtur, traxit infonem, reque ipsâ quantum doleat, monstravit. Nam cilicio vestitus in terram corruit, cumque Angelum in aërem sublimem, quem alii plures viderunt, conspiceret, exclamavit: Ego sum, qui peccavi, & ego iniquè egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? Veritatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Tales filii disciplinæ tam amantes cor divini Patris expugnant & vincunt.

O Christiani, si poenas animo tam æquo, tam se-

A dato admitteremus, si tam promptè nostram divinam voluntati subjungeremus, Deo longè chariores filii essemus. Nam hic geminas virtutis actiones illustrissimas rex David exhibendo docet, peccati confessionem, & humane & in divinâ voluntate conformacionem. Peccati confessio salutis principium. Sed multi eò non possunt adigi, ut hoc unum fateantur, errasse. Erramus turpiter, & multo turpius in errore perseveramus, dum defendimus. Quam primum David adulterio commisso dixit: Peccavi, mox audivit Dominus peccatum tuum transulit, ubi hoc loco errorem agnovit, continuo mitem sententiam accepit: Ascende, & constitue altare Domino. Jonas facti poenitens: Scio enim ego, inquit, quoniam propter me turbas hæc grandis ventus: Tollite me, & mittite in mare. Ingenua confessio medijs fluctibus servavit incolumem. At verò humana voluntatis ad divinam conformatio, sanctimonie omnis fundamentum est. Nudatum est Davidi, nolle Deum hanc noxam dimittere impunitam: noluit & David eam punire ferre, sed vertatur, obsecro, inquit, manus Domini contra me: ego deliqui, ego castigabilis sum, & solus sum, ego puniar, poenas irroganti non contradicam.

Hoc loco & illud observandum: Noluit David alieno, quod ajunt, aut furtivo thymiamate Deum placare. Quod Græci dicunt: Ουκ αὐδαίμων ἀδοξάζει το θεὸν ἐπέεσσι. Latini: Alienis copiis Deos venerari. Germani: Das lieber sichten und die Ehre vmb Gottes Willen geben. Fecit hoc Sylla, qui Mironis opus, simulacrum Liberti ornatisimum Orchomenis rapuit, & in templo dedicavit. De quo plura Plinius.

Emenda erat Ormani ara struendo altari. Quinarius & aream & quidquid ad sacrificium erat, liberalissimè gratuito munere offerens Faciat Dominus meus rex, agebat, quodcumque ei placeret: sed & boves do in holocaustum, tribulas in ligna, & triticum in sacrificium. Omnia libens prebebo. Cui David: Nequaquam ista fiet, inquit, sed argentum dabo, quantum valet, neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta gratuita. Dedit igitur David Ornan pro loco, siclos auri justissimi ponderis sexcentos. Et edificavit ibi altare Domino, obtulit, holocausta, & pacifica, & invocavit Dominum, & exardavit eum in igne de caelo super altare holocausti. Precepitque Dominus Angelo, & convertit gladium suum in vaginam.

Nimirum hæc numen placant, peccati confessio, & nostræ voluntatis ad divinam conformatio. Culpam tollimus, fatendo culpam. Adversa vincit omnia, qui Deo protegente pugnat.

CAPVT. XXXI.

Davidem Adoniæ ambitio, aliæque adversa exercent.

DOMITIS hostibus, partaque pace, non otio & voluptatibus se dedit. Prima & princeps illius cura fuit cultus divinus. Hunc certè regis pietas mirificè auxit. Nam vivo etiâquam Davide numerati sunt Levitæ à viginti annis & supra, & inventa sunt triginta octo milia virorum, omnes religionibus curandis occupati. Hoc tamen omne pietati regie nondum suffecerat. Quia tamen noluit Deus ab illo templum strui, necessariam structuræ apparationem incredibili profus industria suscepit. Nam 1. secari marmora curavit, & opifices poliendis saxis ingenti numero conduxit. Nec non lapides onychinos, & quasi stibinos, diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem & marmor Parium abundantissimè conquisivit. 2. Ferri plurimum. 3. Aëris pondus immensum. 4. Ligna quoque cedrina vix ullo pretio æstimant.

Horat. l. 1. ep. 1. ad Laetium. Cap. populis luit quod David peccavit.

Zonaras tom. 2. Tempora in quibus pestis orbem vastavit. Sed illa Byzantiæ ejusque finibus sub Iustiniano sævior, quæ in dies singulos quinque milia, interdum ipsa decem milia absumperit: in Africâ maritimâ ducenta milia, apud Vricam triginta milia: sub Michaële Duca, Græco principe, vivi non erant patres sepeliendis mortuis.

2. Reg. c. 14. v. 14.

1. Reg. c. 14. v. 14.

Davidis insignis penitentia.

1. Reg. c. 17.

David dicitur actionibus virtutis Deum placavit: Peccati confessione.

2. Reg. c. 12. v. 13. 2. Reg. c. 24. v. 18. 1. Reg. c. 12. v. 12.

& suæ ad divinam voluntatem conformacione.

Plinius l. 9. ep. 30. & Tacitus in Paneg. ad Theodos.

Auferre donandi gratia, &c. 1. Paral. c. 21. v. 33. & 1. Reg. c. 17. v. 12.

Prima cura Davidis fuit cultus divinus.

Necessaria ad structuram templi præparat.

Estimanda. 5. Argenti & auri thesauros longè maximos collegit. Profectò regum Chronicon testatur centum millia talenta auri & mille millia talenta argenti in sacrum ædificium deposita. His accesserunt etia millia talenta auri, & septem millia talenta argenti probatissimi. Populus è suo dedit quinque millia talenta auri, & decem millia argenti. Residuum non revocamus ad calculum. Horum omnium summam si colligamus, erunt bis mille, septingenti, quadraginta quinque milliones auri, insuper unum & quinquaginta millia, sexcenti sexaginta sex aurei seu ducati Hispanici. Si addamus, quod Salomon è thesauris suis in eandem hanc structuram adiecit, dicendum erit tria millia millionum auri, in unius templi ædificium expensa, uti Hieronymus Prædus, & Ioannes Baptista Villalpandus arithmetici, & architecti sanè accurati commonstrant.

Summa expensarum in ædificatione templi.

Tres arce Davidis pecuniarias. Prima. Secunda. Tertia.

Vis auri profusus incredibilis. Europà totà hoc ævo tantum auri reperiri non putem. Habuit rex David tres arce pecuniarias opulentissimas. Prima redditus annuos, tributa, & sigalia, indictiones, census collegit, quamvis indigentium nemo gravaretur, uti sub Salomone, & magis sub Roboamo. Altera aurum ex Ophir navigationibus annuis allatum clausit. Tertia opes è donis & belli spoliis, aurea regis Adarezer scuta, aurea & argentea regis Thou vasa continuit. In hanc illatum est, quidquid viginti bellis, (tot enim gessit) totidemque victoriis opulentia comparatum est. Nihilominus hæc regis liberalitati visa sunt modica. Nam David modestissimè: Ego, inquit, in paupertate meâ præparavi impensas domus Domini, parviorè sumptu gubernas aulam, ut liberaliore conderem templum. Et Deo hæc omnia referens accepit: Domine Deus noster, inquit, omnis hæc capia, quam paravimus, ut ædificaretur domus nominis sancto tuo, de manu tuâ est, & tua sunt omnia. Primus igitur Davidis labor in divino cultu promovendo fuit ingens ad templum apparatus. Alter, priore magis sacer, divina carmina & hymnos scripsit, sensus ac pietatis plenos. Ab hac operâ prodiit illa cantio nobilissima: Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & susceptor meus. Atque hæc jam partâ pace religiosissimæ Davidis occupationes fuerunt. Nec ei Deus longas ab ærumnis ferias concessit. Novæ turbæ novos pepererunt dolores. Adonias maximus natu filius regnum ambiit, quod pater Salomoni natu minori committere cogitâret. Fœda dissensio. Hic duo nobis expendenda sunt. 1. Quomodo David vir sanctissimus suos tamen liberos parùm sanè & educârit. 2. Iam David annum ætatis septuagesimum, regni quadragessimus egerat, & tamen à gravissimis curis & mœroribus minimè liber fuerat, in his tamen omnibus suam cum divinâ voluntate quàm integerrimè conjunxerat. Hæc nobis exponenda.

1. Paral. 1. 29. v. 16.

Psal. 17. v. 2. Et quæ scripsit de manu omnium inimicorum eripuit.

Novæ turbæ Davidem aggreffur. Vbi duo expendenda:

§. I.

1. Liberos David non educasse optimè.

3. Reg. 1. v. 6.

Ibid. v. 5.

Liberos David non educavit optimè. Adonias viginti quatuor annorum juvenis, Absalon, Amnon, & Bethabeæ filio tribus his fratribus morte sublatis, jam ipse primogenitus jus regni capeffendi habuit, liberalissimâ formâ sese omnibus commendavit, parenti charissimus. Erat autem & ipse, quod sacer historicus affirmat, pulcher valde secundus natu post Absalon. Et sermo ei cum Ioab filio Sarvix, & Abiathar sacerdote; hi adjuvabant partes Adonias, qui sibi videbatur jam manu prendisse regnum. Et auditus est dicere: Ego regnabo. In eam rem cirus, & Equites, & servos à pedibus, familiam auli-

cam grandi numero adsevit. Et quia ambitio non facile oritur, sacrificium extra urbem, & unâ regium convivium instituit, ad quod omnes fratres suos, uno Salomone omisso invitavit. Aderant & belliduces, nobilissimus convivarum confessus. Sua huic epulo hilaritas non deerat. Denique clamatum: Vivat rex Adonias. Dum hæc geruntur, Nathan & Bethabeæ apud regem ex compacto gravissimè accusant Adoniam, qui sacrificium & unâ convivium lautissimum instituerit, fratres omnes, uno Salomone præterito vocarit, jamque regem se proclamari iusserit, idque inscio parente; eum tamen regnum Salomoni ex iurejurando prideffi sit promissum. Hunc ergo regni subdolum captatorem nullo amovendum. Hæc Nathan & Bethabeæ conjuncta facundia tam feliciter, quod volebant, regi persuasit, ut continuò David Sadoe sacerdoti, Nathani Prophetæ, & militia duci Banaia festinatam Salomonis inaugurationem commiserit, iusseritque Salomonem mulæ regie imponi, à satellitio regio in Githonis arcem deduci, in regem ungi, tubis cani, regem proclamari; ita regem unctum Hierosolyam reduci, in solium collocari. Omnia hæc ordine facta ad turbandos Adonias improbos conatus.

Ita mi domine rex, rectè hæc quidem singula, sed lentè factis. Iam pridem ambitiosa Adonias molimina notabantur, dudum ea fuissent comprimenda. Audiebatur dicere: Regnabo. Cernebatur grandem familiam colligere. Ne corripuit eum pater suus, dicens, quæ hæc fecisti? Cum parentes connivent & dissimulant, liberi ludunt & degenerant, Eam ob causam submonens Chrysothomus: Nullam, inquit, tam corruptam naturam puto esse, si educatio accedat, quin probus fiat. Educemus eos in disciplina & admonitione Domini, demus eis exemplum ab ineunte ætate, facientes eos vacare lectioni scripturarum. Sanè sapienter dixit Plato: Nulli rei major diligentia adhibenda, quam filio instituendo. David nimia in Adoniam indulgentiâ peccavit, ita juvenis huius ambitionem fovit, deditque causam non levibus malis. Hinc Adonias in eam prolapsus est audaciam, ut dici poterit: Revixit Absalon.

Hic miror, nec tamen miror Adonias stuporem, qui scivit Absalon fratri regnum affectanti tam madè cessisse, ipsum tam miserè perisse, ausum tamen fuisse sequi, & iidem herere vestigiis, regnum affectare, sceptrum & diadema usurpare velle. Nimiùm sanè audax sit, & de lapeti genere, qui præeuntem cernat in propinquum ruere præcipitium, per eundem tamen callem pergat temerario pede, & periculis se ultro ingerat periturus. Adonias certè germani fratris interitum vidit, secumque ipse ratiocinari debuit: Frater meus Absalon in his ipsis conatibus audacissimis, quos ego ceppi, tam miserè vitam, regnum, exercitum, fortunas omnes, cælum ipsum perdidit; num hæc ipsa semitâ temere præeuntem sequar? Non me terreant flagitiose vestigia ruinæ? Stuporem hunc Adonias miror, nam hoc vitii proprium, solenne, innatum, stupidos, inconsultos, imprudentes, insanos efficere. Hoc duobus maxime vitiiis ultimatissimum est: Ambitio & Libido, quos nexerunt, trahunt & impellunt inconsideratos, amentes, cæcos in quavis turpitudine, in gravissimas injurias, in cædes & quævis dedecora, & omne vitium. Ambitionis & libidinis proprium est excæcare, inde cæcos protrudere in quodcumque nefas. Ideo Nathan hoc consilii dedit? Salva animam tuam, filiû, cui Salomonis. Quippe noverat Nathan, quàm cæca, & præceps in scelerum voraginem rueret ambitio, divinas humanaque leges everteret, ideo timuit, ne forsân Adonias Bethabeæ ac Salomonis vitæ strueret infidias. Quot scelesti homines occiderunt suos

Adonias ad capeffendum regnum familiam aulicam comparat. Ibid. v. 2. A Nathane & Bethabeæ apud regem accularunt. Uade Salomon inauguratur & in regem ungitur. Educemus eos in disciplina & admonitione Domini, demus eis exemplum ab ineunte ætate, facientes eos vacare lectioni scripturarum. Sanè sapienter dixit Plato: Nulli rei major diligentia adhibenda, quam filio instituendo. David nimia in Adoniam indulgentiâ peccavit, ita juvenis huius ambitionem fovit, deditque causam non levibus malis. Hinc Adonias in eam prolapsus est audaciam, ut dici poterit: Revixit Absalon. Hic miror, nec tamen miror Adonias stuporem, qui scivit Absalon fratri regnum affectanti tam madè cessisse, ipsum tam miserè perisse, ausum tamen fuisse sequi, & iidem herere vestigiis, regnum affectare, sceptrum & diadema usurpare velle. Nimiùm sanè audax sit, & de lapeti genere, qui præeuntem cernat in propinquum ruere præcipitium, per eundem tamen callem pergat temerario pede, & periculis se ultro ingerat periturus. Adonias certè germani fratris interitum vidit, secumque ipse ratiocinari debuit: Frater meus Absalon in his ipsis conatibus audacissimis, quos ego ceppi, tam miserè vitam, regnum, exercitum, fortunas omnes, cælum ipsum perdidit; num hæc ipsa semitâ temere præeuntem sequar? Non me terreant flagitiose vestigia ruinæ? Stuporem hunc Adonias miror, nam hoc vitii proprium, solenne, innatum, stupidos, inconsultos, imprudentes, insanos efficere. Hoc duobus maxime vitiiis ultimatissimum est: Ambitio & Libido, quos nexerunt, trahunt & impellunt inconsideratos, amentes, cæcos in quavis turpitudine, in gravissimas injurias, in cædes & quævis dedecora, & omne vitium. Ambitionis & libidinis proprium est excæcare, inde cæcos protrudere in quodcumque nefas. Ideo Nathan hoc consilii dedit? Salva animam tuam, filiû, cui Salomonis. Quippe noverat Nathan, quàm cæca, & præceps in scelerum voraginem rueret ambitio, divinas humanaque leges everteret, ideo timuit, ne forsân Adonias Bethabeæ ac Salomonis vitæ strueret infidias. Quot scelesti homines occiderunt suos

Oculus rex
Petrus
1.10
1.42
Turca
Oromanni
1.9
Paral.
1.11
1.12
1.13
Educatio
1.14
1.15
1.16
1.17
1.18
1.19
1.20
1.21
1.22
1.23
1.24
1.25
1.26
1.27
1.28
1.29
1.30
1.31
1.32
1.33
1.34
1.35
1.36
1.37
1.38
1.39
1.40
1.41
1.42
1.43
1.44
1.45
1.46
1.47
1.48
1.49
1.50
1.51
1.52
1.53
1.54
1.55
1.56
1.57
1.58
1.59
1.60
1.61
1.62
1.63
1.64
1.65
1.66
1.67
1.68
1.69
1.70
1.71
1.72
1.73
1.74
1.75
1.76
1.77
1.78
1.79
1.80
1.81
1.82
1.83
1.84
1.85
1.86
1.87
1.88
1.89
1.90
1.91
1.92
1.93
1.94
1.95
1.96
1.97
1.98
1.99
1.100

suos fratres, ut sibi raperent dominatum? Ochs Per-
farum rex, Justino teste, ut liber sine metu regnaret,
oetoginta fratres occidit. Phraates rex Parthorum, ut
suum sibi regnum stabiliret, patrem Herodem & He-
rodus filios triginta jugulari iussit. Turca Oromanni-
ca stirps, quoties quam crudeliter fratres velut imperii
amulos macavit, non ignoramus. Eandem ob causam
Abimelech cum armato milite paternam domum
irruens occidit fratres suos Jeroboal septuaginta viros
super lapidem unum. Eandem trecentiam induit rex
Joram: nam ut regnum a patre acceptum firmaret,
sex fratres suos occidit. Idcirco metuebat Nathan, ne
quid tale auderet Adoniam in eam rem, ne qua vis affer-
retur Salomoni; monuit Davidem, qui si maturius in
silium animadvertisset, mala plurima prevenire po-
tuisset. Nimirum qualis est educatio, tales evadunt li-
beri. Luculentum id in Bohemis Principibus Wences-
lao & Boleslao, qui uno patre matre una geniti; Pater
Uratiflaus princeps optimus. At Wenceslaus ab avia
Ludmillia sancta femina religiosissime educatus, ita san-
cte vixit, ut Otho Imperator Wormatiam illum duo-
bus Angelis comitarum viderit, & assurrexerit venien-
ti. At Boleslaus flagitium hominis a Brahominâ mul-
te nequissima educatus ed impietatis pervenit, quod qui-
dem impius & insanus pervenire potest; qui etiam fra-
trem occidit, quod quidem Brahominâ suâ in acceptis
referat, quæ illum ad hos mores formavit educatione
suâ. Rectissime dixit Seneca: *Educatio maximam diligen-
tiam plurimumque profecturam desiderat. Facile enim est re-
neros adhuc animos componere: difficile reciduntur, quæ
nobiscum creverunt. Turpissimum vero est (quod subin-
de fit) si mater velit liberos severiore disciplina coe-
cere, pater nolit, sed indulgenter ac moliter educet. Huic
idem eveniet, quod Heli sacerdoti cetera bono, sed in
filiorum educatione nimium remisit. Tam vero ipse,
quam filii a Deo graviter sunt puniti. Educatio diligen-
tiam maximam desiderat.*

II. Aegrimonia, calamitates, & ærumna non de-
seruerunt Davidem in deventa jam & præcipitata æta-
te jam annorum erat septuaginta, & tamen etiamnum
molestis operosisque negotiis implicatus animo corpo-
reque multa, graviusque perferbat. Corpus defectis
jam viribus & calore plurimum imminuto exercebat
inquinum frigus, cumque operiretur vestibus, non calefice-
bat. Senectus quidem a se frigida est, sed hic singulare
quid algorem nativum auxit. Annus septuagesimus ali-
quibus initium senectutis est, aliis medium, quibusdam
finis, uti fuit Davidi. Illi autem plerumque citius senes-
cunt, qui a puero plura & graviora perferunt. David
a primis annis plurima gravissimaque passus: *Pauper sum
ego, inquit, & in laboribus a juventute meâ. Pecoris custos
duti necesse est assuescat. Delicias omnes in exilium a
se proscibat, æstum, frigus, vigiliæ, famem, omnes
cæli injurias mature tolerare dicit; corneæ fibræ sit. Ta-
lis David, talis & Jacob, qui de seipso: *Die noctique, in-
quit, estu urebar & gelu, fugebatque somnu ab oculis meis.*
Et quanta passus David ipsis octo annis, quibus cum
Saul veluti feram è silvâ in silvâ agitavit. Inter assidua
moris pericula David: *Anima mea, inquit, in manibus
meis semper. Ita miserè ut pene semper moriar. Super me
confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti su-
per me. In me transferunt ira tua, & terrores tui conturba-
verunt me. Circumdederunt me sicut aqua; totâ die circum-
dederunt me simul. Non stillâ, non lentis pluviis, neque
imbribus solùm, sed nimbis & cataractis me obruiti.
Afflictiones animi, curæ, sollicitudines, aegrimonia,
luctus, mætores cor incredibiliter excedunt. Hinc illud
velut rugosum rostrumque pium redditur. Hujus ge-
neris David plurima sustinebat. Hinc lugubres illæ vo-
ces: *Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniqui-
tatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me,***

*præoccupaverunt me laquei mortis. Dolores mortis & infer-
ni, morientium sunt angores maximi, qui sudores etiam
morientibus movent. Laquei mortis, insidia, indagines
& tendiculae, quibus feram via obsequuntur, ne eva-
dant. Torrentes iniquitatis, sunt homines nequam,
falsi fratres, filii Belial, venenice canes diaboli, quos in-
iquitas agmen proborum concitat. Injer hos mætores David
per annos complures quotidie tabescebat, & pene die-
bus singulis moriebat. Hinc Chryostomus in com-
pendium multa conferens: Denique ipse, inquit, ad-
versos casus, mætorisque causas diligentius enume-
rare possibile non est. Verum ex ipseus lamentis & ge-
mitibus possumus conjicere calamitatis magnitudi-
nem, utque justus ille nunquam plangere ac dolere de-
sierit. Exhaustus est David aegrimonia & mætoribus;
hinc maturum illi senium & senii frigus. Sed hic prodigi-
um, quod divini codices dilucide narant, silentio
non involvendum.*

David a senio frigescenti quærebatur per omne re-
gnum virgo formosissima, quæ senili corpori fomen-
tum aliquod caloris daret. Inventa Sunanitis Abisag,
quæ regi dies noctesque serviebat. Rex prudentissimus
suæ castimoniam non nimium silius, eam duxit in conju-
gem. Cum uxoribus pluribus illo ayo matrimonium
conjugere non illicitum. Hanc tamen virginem David
perinde ut sororem profus intactam & inviolatam in
maritali toro servavit, quod arcanum meritò divinæ li-
teræ patefaciunt, ut etiam conjugii castitas esset venera-
tioni, & ut inter cetera Davidis elogia numeraretur
& istud: *Castus David.*

Enim verò immodicum hoc corporis frigus exasper-
rârunt curarum æstus, quos optimo patri superbus fi-
lius Adonias creavit. Sed in his omnibus animi corpo-
risque afflictationibus rex sapiens suam semper volun-
tatem conformavit aq. Divinam. Quod divini libri tes-
tatur: *Et adoravit rex in lectulo suo, insuper & hæc locu-
tus est: Benedictus Dominus Deus Israël. In lectulum Da-
videm imbecille senium dejecit, sed & in lectulo virtu-
ti locus est, & maxime huic, de quâ loquimur, confor-
mationis humanæ voluntatis cum divinâ.*

Cum nos doloris lectulus versaverit, cum aut pau-
peras, aut despiciatio, aut fortunarum jactura fatiga-
verit, cum variæ nos calamitates exercuerint, adore-
mus & dicamus, *Mi Deus, prout tu vis, ita & ego vo-
lo; Tua voluntas nra voluntas. Insuper & hoc loqua-
mur: Benedictus Dominus Deus Israël, tam in rebus ad-
versis, quam prosperis, tam tristibus, quam lætis, tam
in egestate, quam in opulentia, tam secundâ valetudine,
quam afflictâ. Potentissimum in adversa omnia telum
est, velle in omnibus, quod vult Deus.*

CAPVTF XXXII.
Rex David moritur.

POST multas rerum ambages denique a caelesti cu-
ria decretum hoc mittitur: *Appropinquaverunt dies
David, ut moreretur. Dormivit igitur David cum Patribus
suis, & sepultus est in civitate David. Dies autem, quibus re-
gnavit David super Israël, quadraginta anni sunt. In He-
bron regnavit septem annis: In Hierusalem triginta tribus.*

Jacobus Aragonum Rex, ejus nominis octavus cum Jacobus
gravius ex morbo decumberet, res humanas seposuit,
curam animi gessit, majorem natu filium ab exercitu
avocavit, testamentum suum coram proceribus præ-
legi jussit, a lectione seriam orationem ingressus, com-
mendavit filio primum omnium Dei cultum, & res
divinas; deinde natu minorem, omne aulicum famu-
litium, omnesque regni indigenas. Petrus submissis
nibus parentis dextram oscularus, recepit se omnia ob-
sequentiissime facturum. Jacobus his peractis, Cister-
ciensis

Qui sint
dolores
mortis &
inferni,
Laquei,
Torrentes
iniquitas
Unde Da-
vid tam
maturum
senium.
David
Abisag
ducit in ux-
orem.
Quam ut
sororem
servavit.
In omni-
bus afflic-
tationi-
bus suam
David vo-
luntatem
ad divinam
conforma-
vit.
3. Reg. c. 1.
v. 47. & 48.
4

cientis familie religioſam veſtem induit, Ventiam con- ceſſit, reliquum vitæ diviniſolùm obſequiis conſecta- turus.

Salomoni David moriturus Salomonem filium regniſque opti- mates acceſſens, ad regalem ſanctimoniam graviffimè regem juvenem exhortatus eſt: cui & paternas religio- nes, cultum divinum, Dei timorem exactiſſimâ ora- tione commendaſcit. Ut hunc ſanctiſſimi regis obitum commendabili ordine non tantùm auribus, ſed etiam quantum fieri poteſt, oculis ingeramus, pyropum anu- lo aureo clauſum, nigro funiculo appenſum, veluti donum à moriente hoc rege omnibus propono. Quid autem pyropus, quid aulus, quid ater funiculus mo- nitorum inſtillant, hoc capite explicandum.

§. I.

Niger funi- culus memoria mortis re- præſentat.

Sericus ater funiculus memoriam mortis repræſen- tar. Funiculus facilè rumpitur, aut celeriter præſe- catur. *Omnia ſunt hominum tenuiſpendentia filo.* Dioſyſius Siculus, teſte Tulſio, notus rex ab improbis moribus aſſentatorem habuit Damoclem, qui ſui regis poten- tiſſimam opulentiam, beatiſſimamque vitam cælo at- tolleret. Hunc Dioſyſius menſe regis admovit, ſed in accumbentis caput ſtriſum gladium à ſerâ equinâ ap- pendit juſſit. Damocles impendentem ſibi carniſicem aſſiduè limis oculis reſpectans, nihil reperit amœnitatis in tantis lautitiis, neque verò aliud maluit, quàm celeritè ab his tam periculoſis deliciis abire. Cui Dio- nyſius: Et hæc, inquit, vita præſeipum & regum eſt. Eruditè Romani ac ſapienter, unam eandemque Deam Nuptiarum & Funerum fecerunt, ſed duplex illi nomen tribuerunt: *Aphrodites, & Libitina.* Quo quidem ſigni- ficabant ortum & obitum, cognatione propinquiffimâ conjunctum. Vix naſcimur, imò antequam naſcamur, morti tradimur brevi magndæ victimæ. Ingreſſus no- ſter exituſque ſibi proximi ſunt. Cùm incipimus vivere, ſimul etiam incipimus mori.

Quæ da- vide nobis ingeritur. 3. Reg. 6. 2. Gen. 2. 3. verſ. 13.

Duo con- ſideranda:

I. Hoc uno mor- tis decre- to, omni- bus omni- no mori- dum; hu- mana gen- tis vilitas oſtèditur.

David moriturus nigrum hunc funiculum, hanc mortis memoriam eximie nobis ingerens: *Ego, inquit, ingredior viam univerſe terræ.* Nimirum ad primam illud Numinis decretum aſuſit: *Dones revertaris in terram, de quâ ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverem revereris.* Hoc ipſum falſus David: *Terra ſum, inquit, & rever- tar in terram.* Titulorum blandimenta nihil jam ju- vant. Feliciſſimus vocabar & potentiſſimus, & invi- ſiſſimus rex. Felicitas ſpuit, extincta eſt potentia, vi- ctoria jam nihil ſperandum. Terra ſum, & ingrediar viam univerſe terræ. Duo hic conſideranda.

I. Hoc uno mortis decreto ad incredibilem vilita- tem humana gens depreſſa eſt, omnibus omnino mori- endum. Ab Adamo ad ultimum uſque hominem lex iſta pertingit. Si decem millibus, ſi centum millibus, ſi aliquot millionibus hominum tam acerba lex fuiſſet lata, grave id quidem, ſed tolerabile cenſeretur. At hoc mortis fulmen humanam gentem totam æterni; nemo hic eximius, nemo non mortis ſtendarius. Sub hoc jugum Chriſtus, ſub hoc Chriſti mæter, ſub hoc omne hominum genus mittitur. Mors parcit nulli. Series invicta, & nulla mutabilis arte, illigat ac trahit univerſa. Imò certè hoc ipſo momento multa millia hominum & animalium animam variis mortis generi- bus emittunt. Pulchra hæc contemplatio & vera: Mul- ta millia omnibus momentis naſci, & mori, certum eſt. Hac ipſâ, quâ ſcribimus, aut loquimur horâ, ad tribu- nal Chriſti multa millia hominum ſiſtuntur judicanda; idem proximâ, idem ſequenti horâ, idem totâ die, no- ctæque totâ ſit: ſic hebdomades, ſic menſes, ſic anni eunt & ſacula, & idem ſit; ſic totum genus humanum per hoc patibulum traducitur. Mors imperat omnibus, motis ducit Omnes, idque propter pomum unicum. In-

A credibilis hæc humana gentis, ſed merita ignominia & pena eſt.

II. Incredibilis ſimul etiam ſtupor hominum ex- pendendus. Hæc audimus, hæc videmus, de his cen- ties & millies monemur, hæc tamen toties moniti pa- rum curamus; alios mori cernimus; ad ſepulchra mor- tuos deducimus, ad hypogæa comitamur, ultimum va- ledicimus, velut non eadem viâ ſecuturi, tanquam hæc nihil ad nos; imò ſtavitè garrientes & leviter ridentes funera celebramus. Stupor hominum incredibilis; bru- tis animantibus hæc in re ſimillimi ſumus. Subinde grandi numero picæ turres occupant, cùm eum pri- mitus æra concrepant, exterrantur & ayolant; at era- mentis ſæpius auditis, tandem immotæ perſident, nec amplius his terroribus fugantur: Ita nos proſus me- moria mortis & mortuorum aſpectus aliquantulum ſubinde terrent, ſed non diu durant hi terrores, mox ad malicioſam, priſtinam hilaritatem revolvimur.

§. II.

Hanc inſaniam miratus Seneca: *Nanquid hic ſeror eſt, inquit, quod nemo noſtrum mortalem ſe cogitat. Nos corpus tam pure ſortiti, nihilominus æterna proponimus, nullâ commenti pecuniâ, nullâ potentia. Nihil ſatis eſt mori- turis, imò morientibus. Hebetudo animi maxima.*

Rex David mortalitatis perpetuos deſluxus ſapien- ter meditatus: *Peregrini ſumus, inquit, coram te & advena ſicut omnes Patres noſtri. Dies noſtri quaſi umbra ſuper ter- ram, & nulla eſt mora. Quod Jobus confirmans: Homo inquit, natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur mul- tis miſeriis, qui quaſi ſtos egreditur & conteritur, & ſugit velut umbra. Uti nullum ſui veſtigium relinquit umbra, ita nec vita noſtra. At, inquit, relinquimus famam, di- vitias, noſtri memoriam, erudita ſcripta, victuros li- bros. At hæc omnia umbra ſunt, & umbra umbra: non bene ſcripſiſſe, ſed bene vixiſſe, non opes, ſed virtutes collegiſſe, olim proderit. Deinde quò largiores umbrae ſunt, hoc celerior noctis adventus: quò ſeniores, eò morti vicinioreſ ſumus; quò diutius vivimus, eò citius morimur. Rex noſter David: *Dies mei, ait, ſicut umbra declinaverunt.* Additur: *Et nulla eſt mora.* Plurimorum vita dilatio eſt mera & procaſtinatio; aſſiduum illud ubi eis audimus: *Cras, proſperdie, altera hebdomade, proximo menſe, ſequenti anno.* Ita dum differimus & negligimus, elabitur vita, & nulla eſt mora. Noſtra ſæpe conſilia procul jaulamur, & faciendorum ſeriem teximus longiſſimam: ſi iſtud dignitatum, officii, facultatum aſſectus fuero, hoc ædificium ſtruam, illud opus conſiciam, eam mutationem ſuſcipiam, interim vita volat, & nulla eſt mora. Reprehenſus eſt Thales, quò in re quæpiam reſponderit: *Nondum eſt tempus.* Nos in plurimis rebus, quæ promptam manum ad- moveri cuperent, lentiffimum iſtud objicimus: *Non- dum eſt tempus, nondum, nondum.* At brevi ſubre- pet horula, quâ ſupremi judicis apparitor dicit: *Non amplius eſt tempus. Dies noſtri quaſi umbra ſuper terram.* Et nulla eſt mora. Vivamus hodie, dies cratiina non eſt noſtra. Atque hic eſt niger ille funiculus, ſæpius de die aſpicendus.*

§. III.

Pyropus annulo clauſus cor perfectum nobis ad- umbrat. David Salomoni juveni hanc cordis per- fectionem altiffimè cupiebat impreſſam. Hinc illum variis impellens hortatibus: *Obſerva, inquit, ut cuſtodias mandata Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, & præcepta ejus, & judicia & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſi: ut intelligas univerſa, quæ faciis, & quocunq; te revereris: ut conſirmet Dominus ſermoneſ ſuos, quos locutus eſt de me in ve- ritate, in omni corde ſuo, & in omni animâ ſua, non auferetur tibi*

2. Intra- bilis ſtupor hominum ex- pendendus.

Mortis memoria à Davide ſemper meditata. 1. Parad. 1. 29. 2. 15. Job 1. 14. 2. 1. & 2.

1. 2. 2. 29. 2. 15. Job 1. 14. 2. 1. & 2.

Pyropus annulo clauſus cor perfectum nobis ad- umbrat. David Salomoni juveni hanc cordis per- fectionem altiffimè cupiebat impreſſam. Hinc illum variis impellens hortatibus: *Obſerva, inquit, ut cuſtodias mandata Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, & præcepta ejus, & judicia & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſi: ut intelligas univerſa, quæ faciis, & quocunq; te revereris: ut conſirmet Dominus ſermoneſ ſuos, quos locutus eſt de me in ve- ritate, in omni corde ſuo, & in omni animâ ſua, non auferetur tibi*

Orat Da- vid pro Sa- lomo- ne fi- lii
1. Paral. 13, 17
Apologus

tibi vir de folio Israel. Deus enim actiones amat, quæ nihil subdoli, fucati, falsi, simulati habeant, & ab omni hypocritis pura sint: hoc enim est amulare in veritate. Quod David filio suo Salomoni enixissime à Deo petens: Scio, inquit, Deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas: Salomoni filio meo da cor perfectum. Ubi vera & sancta simplicitas, ibi cordis perfectio.

Apologus

Pica, quod vetus narrat Apologus, interrogavit columbam, quid esset causæ, quod ea semper eodem loco collocaret ova, cum tamen sciret pullos sibi semper surripi: quid igitur causæ? Cui columba respondit: Sola simplicitas. Si quis perfecti cordis interrogetur, quid causæ est, quod Deo in omnibus fidat, dicatque: Deus providebit, Deus iuvabit, Deus diriget: Respondet illi: Simplicitas: simplex mihi est oculus, ad Deum semper erectus, Deo semper apertus: Scio, Deus meus, scio, quod simplicitatem diligas.

Eam ad servitium Dei perfecte persequendum

Porro rex David, postquam pro filio preces Deo allegavit, ad ipsum se filium convertit, & oratione ferventissimè illum exhortatus: Tu autem Salomon filium, ait, scito Deum patris tui, & servito ei corde perfecto. & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quaesieris eum, invenies: si autem dereliqueris eum, projiciet te in aeternum. Agende Salomon, cui Domino servias, & quam ille infanti major te sit, non ei servendum in speciem; officiarum, calliditatis, fallaciarum hic locus nullus est: cordium scrutator Deus est; qui cor sincerum & perfectum quaerit; nihil dederis, etsi des alia omnia, si hoc non dederis. Oculi Numinis ad usque medullas & selectissima cordis, & cogitationes latentissimas penetrant: nil clausum Deo. Ei tamen non difficile servitur: Quære illum, & invenies. Deseris illum? Et ille te deseret atque projiciet in omnem aeternitatem. Ita sub vitæ finem David Salomoni aeternitatis mysterium proposuit contemplandum, quod illi potentius persuaderet, Numini servitium perfecto corde præstandum.

1. Paral. 13, 17, 9

Philosophus Cordubensis Annaeus eximie de hac tali perfectione philosophatus: Hoc demum, inquit, perfectum est, quod secundum universam naturam perfectum est: Universa autem natura rationalis est, cetera possunt in suo genere perfecta esse. In quo non potest beata vita esse, nec id potest, quo beata vita efficitur: beata autem vita bonis efficitur: in mutuo animali non est, quo bona vita efficitur: ergo in mutuo animali bonum non est. Mutuum animal sensu comprehendit præsentia: præteritorum reminiscitur, cum id incidit, quo sensus admonetur: tanquam equus reminiscitur viæ, cum ad initium ejus admotus est. In stabulo quidem nulla viæ quamvis sæpe calcata, memoria est. Tertium verò tempus, id est, futurum, ad muta non pertinet. Quomodo ergo potest eorum videri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est? Tempus enim tribus partibus constat: præterito, præsentem, & futuro.

1. Paral. 13, 17, 9

Animalibus tantum quod brevissimum est in transcurso datum, præsens: præteriti rara memoria est, nec unquam revocatur nisi præsentium occurfu. Non potest ergo perfectæ naturæ bonum in imperfecta esse natura. Aut si natura habet, hoc habet, quod habent fata. Nulli vitium est, nisi cui virtus potest esse. Sed ne te diu teneam. Hæc rationalibus solis contingunt, quibus datum est scire, quare, quatenus, quemadmodum.

Vita beata non est in mutuis animalibus.

Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio. Quod nunc pertinet ista disputatio, quaeris? & quid animo tuo profutura sit? dico, & exercet illum, & acuit, & utique aliquid acturum occupatione honesta tener. Prodest autem, & quod moratur ad prava properantem. Sed illud dico: nullo modo prodesse tibi possum magis, quam si tibi bonum tuum ostendo, si te à multis animalibus separo, si cum Deo pono. Quid, inquam, vires corporis alis & exerces? pecudibus istas majores fe-

In solis rationalibus contingit.

Atque natura concessit. Quid excolis formam? cum omnia feceris, à multis animalibus decore vinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum vel Germanorum nodo vineris; vel, ut Scythæ solent, sparseris: in quolibet equo densior jactabitur iuba, horrebit in leonum cervice forrosior. Cum te ad velocitatem paraveris, par lepulo non eris. Vis tu, relictis in quibus vinci te necesse est, dum in aliena niteris, ad bonum reverti tuum? Quod hoc est? animus scilicet emendatus ac purus, æmulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens. Rationale animal es, quod ergo in te bonum est? perfecta ratio. Hanc tu ad summum finem evoca, in quantum potest plurimum crescere. Tunc beatum te esse judica, cum tibi ex te gaudium omne nasceretur. Cum in his, quæ homines eripiunt, oprant, custodiant, nihil inveneris, non dico, quæ malis, sed quod velis. Brevem tibi formulam dabo, quæ te memineris, quæ perfectum esse jam sentias. Bonum tunc habebis tuum, cum intelliges infelicissimos esse felices.

Quis, obsecro, istud arcani huic viro aperuit? sic est, ut dixit, verissimè ratiocinatur. Non omnes felices affectus habent plerumque alligatos rebas caducis. Divina parum curant, Dei nutus non observant, cor gerunt in mille profanas, steriles, impuras, sordidas curas miserimè dissipatum.

Ut ergo probe capiamus, quid cor perfectum sit, statuam sumamus ligneam exactissimè sculptam, sed coloribus quos pictor addidit pondum siccis. Hæc quidem perfecta est statua, illi tamen aliquid, & quod sequitur, perfectioni quippiam deest: colores illi etiamnum madidi tangentiæ digitum inficiunt; statua nondum est siccata. Ita cor perfectum est, quo ad

omni maligniore affectu penitus siccatum est, quod perfectum. caducis non inhiat, exindeque veritum declinat. Non solum igitur cor illud est imperfectum, in quo grave desiderat peccatum, sed quod nondum à malignioribus affectibus est liberum: injustitiæ & invidiæ, & luxuriæ pestes utrimque sunt eliminatæ, adhuc tamen pecunia amor, honoris, aut voluptatis appetentia viger, vitiditæque libidinis scintillæ gliscunt, affectionibus pravis nondum subactis. Est qui veniam delicti tribuat hosti, sed non ex toto, & animo parum sincero. Cor non perfectum. Est qui vulnera conscientia detegat, & omne impudicitia virus expuat, ingemiscat, doleat, non tamen libidinem & impudicitiam omnem ejuret, non tamen sanctissime statuat, omnes castimoniarum avete, omnia pudicitia pericula vitare, affectus remanet. Cor non perfectum. Est quem poeniteat census iniquæ parti, non tamen firmissimè decernat omnes pecuniarias fraudes & iniquos quaestus, & malignum fenus, & injusta mercimonia cavere. Cor non perfectum. Est qui vitia sua deprehendat, & erubescat, vitiorum tamen dulcedine, etiamnum succumbat, ad Sodomam cum Lothi conjuge oculos reflexat, ad priores sordes ex intervallo furtivè redeat. Cor non perfectum, etiamnum pravus in eo affectus delitescit. Servite ergo Domino corde perfecto. Cor Deus ab im-mundis affectionibus purum, cor sincerum & totum petit. Nil dat, qui partem dat. Pibilianus Vates festi-

vo canit

Habeas licebit alterum pedem Lada, Ineptè frustra crure ligneo curre.

Tamet si, ait, pes dexter capteæ videatur, si ligneus sit sinister, nec celer erit cursus, nec diuturnus: ita pravus affectus quantum vis actiones sint optimæ, precepciones fundere, stipem erogare, in ediam tolerare, hoc pede multum itineris percurritur, nisi pes ligneus impediatur, nisi actiones sanctas affectus pravus corumpat. Servite Domino corde perfecto. Cur David post graviorem etiam lapsum duplicem Deo tamen commendavimus?

Quid cor perfectum.

Quid im-

perfectum dicatur.

Pravus affectus actiones optimas consumpit.

3. Reg. c. 11.
vers. 4.

mus? cor ei perfectum fuit. Cur Salomon in vitiorum voragine prolapsus? *Non erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.* Cor perfectum, animus emendatus ac purus, æmulator Dei super humana extollens, liber ab omni affectione corrupta. Cor tale pyropus est, annulo aureo clausus, quem nec homines, nec Angeli, nec diaboli cuiquam possunt eripere: hic promissus est annulus ad Agni nuptias cælestes; hunc profecto nec ipsa mors ulli rapiet. De annulo perquam pretioso mentionem injiciens Plinius.

A Extat hodièque, ait, hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus est Nonius senator; hunc è fortunis suis omnibus abstulit secum annulum, quem certum est, sestertis viginti millibus æstimatum, seu decies centenis millibus florenorum. Cor perfectum longè illo pretiosior est annulus, ad tribunal Christi perferendus, nam unum hunc nequit mors abripiere.

Perfectissimus vir est, qui affectione haud vincitur. Manus. Trebas.

F I N I S.

Ad majorem Dei, B. Mariae matris, omniumque Sanctorum gloriam.

